cũ aq̃ dicta euãnt.⁊ aqua cal.sola ē melioꝛ q̃ȝ si aliud admisceat: qꝛ non põt augere mãm humoꝝ nec illos infuriare sed tepida aqua refrenat ⁊ illos eũat ⁊ facit ꝙ nõ tm̃ fit nocumentũ.⁊ nõ solũ valet in colica passione sed ẽt i anxietate stomachi pp fluxũ hu.colicoꝝ ad ipm stomachũ deueniẽtiũ.de qua aqua cal.curata ē mulier quedã Januen̄.sumendo bis vel ter postq̃ȝ euomuit paꝝ doꝛmiuit ⁊ sanata ē.⁊ eã maxie laudat Jo.arcu.Ponit aũt Aui.can̄.ꝙ illa q̃ adminiſtrãtur nõ debẽt eẽ talis nãe ꝙ relaxẽt stomachuȝ.⁊ iõ vitupat oleũ scisaminũ oleũ de oliuis siľ cum aqua cal.intelligit enim de aqua cal.mixta siľ cũ istis p̃dictis oleis que relaxãt pietes stomachi ⁊ inteſtinoꝛũ.sed bene aqua de p se ē ꝯueniens vt supꝛadictũ est.Secũdus can̄.ē ꝙ talia nõ habeant virtutẽ glutinatiuaȝ: qꝛ mã mala ꝯpꝛehẽsa i stõ nõ dȝ ꝯstringi: saluo si n̄ cõtingat cãus ṽtutis qꝛ tũc opȝ ꝯstringẽ ⁊ ꝯfoꝛtare ṽtuteȝ postea euomat.siru.aceio.cuȝ p̃dicta aq̃ aliqñ daf vt reddaf gustui gratioꝛ nõ aũt ad icidẽdũ hu.viscosos qꝛ tales n̄ sunt viscosi.⁊ h̄ ē exp õ Aui.cũ dixit ꝙ pmiscetur siru.aceto.cũ aq̃ cal.n̄ pp necessitatẽ.vľ lr̄a illa ſm Nicolũ ē coꝛꝛupta.cõiter tn̄ p̃cticivtunf aq̃ cal.sola vľ zuchari vel oꝛ.⁊ h̄ i magna copia.⁊ qꝛ aliq̃ aq̃ est tm̃ fri.ꝙ gnãt vẽtositates.iõ ponẽde sunt cũ dcã aq̃.ȝ.v.vľ.ʒ.ſ.cimini ⁊ n̄ ledet cũ eo exhibita.⁊ ita pꝛactici cõit obseruãt exhibẽdo pul.cimini vel ꝺcoctionẽ cuȝ aq̃ vel ẽt ꝺ baurach aliquãtulũ.Si ṽo nã magis p solu.vẽ.ꝺcliarẽt ẽt nos ꝺcliarem⁹.Sȝ i h̄ põit Aui.can̄.dicẽs ꝙ mãe sunt disposite ad fluxũ iõ sola cassᷓ.vľ mãna vľ reub.i sba vľ ꝺcoctio mirabo.sunt exhibẽda.⁊ h̄ ꝯstãte ṽtute.si eniȝ p hoc solutiuũ dubitarem⁹ ꝙ ṽt⁹ magis ꝺbilitaref n̄ soluamus donec virtus confoꝛtef

postmodū ꝯsiderem⁹ nām hūoris ⁊ illū eūemus.
¶ Tertia intentio vertit ad mām fluentem a toto ad stomachū vel intestina ⁊ hͦ in euacuādo illaȝ. ꝯsiderādum tñ est an mā sit digna eūatione vt si sit bona vel mala aut corrupta vt verbigrā si est aquosa vel colerica tunc bonū erit eā digerere. vbi tñ essȝ furiosa debemus dictā mām a principio euacuare nō expectata digestōe. Diuertimus ēt dictaȝ mām trahēdo ad ptem ꝯ͞riam cuȝ trahentibus iō cōpetit eis balneum vt mās ad ptes exteriores traham⁹. Diuertim⁹ etiā cum ligaturis dolorosis ⁊ fricatōibus. bonū est etiaȝ ꝯfortare stomachū ⁊ intestina ne recipiant: iō laudat Aui. vt corpus infrigidet ⁊ epithimet venter ⁊ intestina cū supradictis repcussiuis vt vie claudātur.
¶ Quarta ⁊ vltia intentio est accidētiū correctio qꝛ in ista egritudine timorosa fiunt ⁊ qꝛ sitis sit p̄rio iō primo damus aquā or. ⁊ pro hoc vide Si. iañ. dicentem ꝙ facit ad extinguendū sitim. ēt dam⁹ illa q̄ blādiūt sitim vt iulep ro. succū gña. siru. ꝺ gña. Spasm⁹ ēt ñ ꝓportionat⁹ vel ꝓportionat⁹ accidit in hac egritudine: iō debemus intendere ad dolorē in tpe hiemis cū oleo de lilio vel vio. vbi sit cā cali. si sit cā fri. cū oleo de lilio. Si non sufficiūt ista infunde pānum lineū in oleo ⁊ circūponere mēbro spasmato vel imittere mēbrū spasmatuȝ in oleo siue balneo olei qꝺ singularissimū ē. pro quo ēt recurre ad curā spasmi. Uomitus ēt superfluus accidit eis ꝓ quo curādo occurrimus cū magna vētosa applicata ꝓpe fundū stomachi qꝛ p illā māȝ trahit ad ptes inferiores: Gerar. de solo dic̄ ꝙ accipiebat de pane cētuso ⁊. ʒ. ij. masticis cū vino aromatico ⁊ in sacculo ponebat super stōm. sed meli⁹ capiat panis incisus in frusta ⁊ exiccat po

stea infundit in vino rub.stip.deinde ipso humecta-
to ↄtundit donec reddat in forma ēpli postea addat
cinnamomū absinthiū gar.menta ⁊ facim⁹ emplm̄ ⁊
ponimus sup stomachū.vel si nō vellem⁹ ita calefacere accipiam⁹ ex corticibus granatoꝝ vel florib⁹ eius
⁊ alijs stip.cum modico vini vel aceti infusis in eo ⁊
ponimus supra stomachum quare ⁊c̄.

¶ Cura debilitatis stomachi.

Cura hec est cura egritudinū ꝑticularius
stomachi:iō auctores nullā vel paruā fecerunt mentionē q̄ʒ si ꝑueniat ab a͞pate
cura erit a͞patis stōi. Silr̄ si a dolore stōi
erit cura doloris stōi.veꝝ q̄ʒ post lōgas egritudines
sepe remanet stomach⁹laxus ⁊ debilitat⁹sicut in hoīe
ↄualescēte post magnā eius egritudinē:iō oʒ ↄforta-
re stōm ⁊ eius virtutes ėt cuʒ his q̄ suis ꝓprietatib⁹
occultis faciūt ad stomachi ↄfortatōeʒ.⁊ iō dic̄ Aui.
ꝙ experimētatores curāt cum calefa.⁊ exiccātibus ⁊
errant q̄ʒ semp hoc faciūt ⁊ q̄ʒ aliqñ cā debilitatis est
mala ↄplexio cali.⁊ sic.iō tunc potius erūt exhibēda
fri.⁊ hu.⁊ nō cali.⁊ ita Rasis optime ꝓcessit faciēdo
distinctōeʒ a debilitate stomachi ꝓueniēte a cā cali.
fri.hu.⁊ sic.trocis.de rosis.d.in lr̄a a Rasi nō tenent
ↄfecti nec cōiter vsitant.elm̄ aūt diaciminū qd̄ descri
bit Rasis in lr̄a tenet ↄfectū tñ nō est oino ideʒ sed
est aliud ꝺm.d. Mes.diaolibanuʒ vsuale est ⁊ diaoli-
banū est stupefactiuum ꝺm.d.Nicolai.sistit etiam ca-
tarrum ⁊ mām ad pectus descēdenteʒ.in isto.n. Ni-
colai ponit opiuʒ ⁊ ideo est ingrossatiuū.Electuariū
de scoria ferri nō tenet ↄfectū sed est singularissimū.

Et no. q in oibus fere libris auctorus medicine vbi ferrum inuenit descriptu ignorat in actiuis cuius co plexionis sit an cali. an fri. lz dilucidator in pria pti. problematu vbi querit vtrum incisio facta cum ferro sit melior facta cu argento dicat ipsuz declinare ad ca li. verutn qui hoc dubiuz excitauit no viderat Auer. auctore satis autenticu q quinto colliget caplo de me dicinis que sumunt ex mineris ponit ipsum fri. et sic. pplexionis et est dictu nota dignu in tanta dubietate. Curam qua facit Rasis in debilitate stomachi pue niente a ca fri. facit Aui. in caplo de debilitate dige stionis. ideo dic Aui. pfert longitudo somni et dimis sio exercitij vociferatiois q per longitudine somni calor e longo tepore aggregatus. io in ca bonitatj di gestionis cibi in stomacho Aui. n. laudat dimissionez exercitij et Rasis laudat ipsuz. sed dicat q Aui. vitu perat cibo existente in stomacho: Rasis vero tpe va cuitatis stoi. vel idem Rasis intelligit vbi sint multe mae flegmatice. et io ante cibu est pueniens resoluedo supfluitates que generant in stomacho: post cibu ve ro q fortificat digestio mediate spu et calore. io si fiat exercitiu spus et calor ad ex deueniens debilitat dige stione. et ita n puenit agitando et cibu et diuertedo spi ritus. et sic est de vociferatoe. laudauit et vomitu cuz aqua cali. pp mam corrupta que p indigestione mul tiplicat. Confortam ergo stom post longas egritu dines laxu in ca fri. cu his que p interius et exterius administrant. De his no. q p interius aliqua exhibe tur in forma sirupor vel pfectionu vel electuarioru et queda in forma puluerum vel pillular. dabim ergo siru. stomatichos et iter eos singularissim est siru. de abs. cuius laudes vide a Mes. in antidotario et maxi

me in vigoratiõe stomachi ꝛ epis. dabimus ēt firu. ꝯ cito. cũ aromatib⁹ ꝛ alio noīe dicit̄ miua cito. aromatica. ēt de menta ꝛ in hoc est maximũ iuuamētũ cum aqs absĩ. mēte beto. vel feni. inter quas oēs excellētiores sunt aq̄ mente ꝛ absĩ. cũ ꝯfectiōibus ēt ꝯfortamus stōm. domesticũ ꝛ vsuale remediũ ē aromaticũ ro. d. Gabr. ꝛ ē Mes. in antido. est. n. singulare. singularis ēt ꝯfectio est ꝯfectio de aromatib⁹ que ēt describitur a Mes. ꝛ Giringellus hēbat ꝑ secreto in passionib⁹ fri. diagalangā. cõuenit ēt ꝯfectio ꝯ ligno aloes ꝛ est singularissima. ēt zinzi. ꝯditũ. ꝛ illi q̄ hñt magnaꝫ debilitatē capiũt in mane vnā radicē. ēt possent tiriacā ꝛ metridatũ exhibere vꝫ. ʒ. j. singula hebdomoda In pipe āt ꝯueniũt oēs ꝙ est singularissimũ vt ī capitulo de debilitate digestiue. s. gña pipis integra. vj. vel. viij. deglutire ꝑ dimidiā horā ante cibũ ꝛ sint integra nō puluerizata ne subtilitate sua possent ad ep penetrare ꝛ p̄cipue q̄ꝛ isti q̄ hñt frigi. stōi vtplurimũ hñt caliditatē epatis ꝛ iō ea q̄ prosunt vni nocēt alteri galanga ēt est optima quaꝫ Giringellus hēbat ꝑ secreto ꝛ maxime in reso. vētositatis. virtutes āt ipsi⁹ vide ab Aui. caplo de inflatōe stōi dat. n. ī puluē vel cũ aliq̄ fir. appropriato faciēdo pillae. Girin. dabat solũ puluerē cũ modico vini albi añ cibuꝫ ꝑ horā. s. Corallus ēt a ꝓprietate ꝯfor. stōꝫ ꝛ maxie vꝫ ī cā cal. q̄ꝛ ipse ē fri. vt hꝫ ab Aui. scdo cañ. valēt ēt pellicule stōꝝ gallinaꝝ vꝫ ad ꝯfortādũ. ēt ī dolore stōi. ꝯfortam⁹ ēt ꝑ exteri⁹ in cā fri. cũ vnctiōe ex oleis calefa. ꝛ vsualia sũt olꝫ ꝯ spica ꝛ cōmēdat a Rasi in lr̃a ēt ēplꝫ olm ēt ꝯ mēta ꝛ ꝯ absĩ. ē. n. iuuamētũ maximũ inũgē cũ olo masti. admixto cũ hmōi olis vsualib⁹. Cōponim⁹ ēt vnguēta capiēdo simplicia ꝛ cũ cera ꝛ oleo aliq̄

ex iam dictis facere vnguētū ⁊ ita aromatarij tenent vnū vnguentū magistrale vbi ingredit̄ absin. menta galanga mastix nux muscata ⁊c̄. que oīa tenent stomachum calefactū ⁊ eum confortant. Aliquādo etiam fit cerotum ex omnibus istis. ⁊ ita bonum est diuersificare remedia per diuersa ingenia: sicut dicit Auicē. quarta primi. c. j. ⁊. c. d̄ asmate. ne natura in vno medicamine assuefiat ⁊ ab illo non patiat̄ ⁊ ideo in eadē egritudine bonū est semp diuersificare remedia etiā ex eisdē rebus vt faciēdo etiā fomentatōes vel vaporationes sicut capiendo mentā absin. squinantū an̄. ℳ. j. cinamomi ciperi calami aromatici an̄. ℥. ij. masticis nucis muscate an̄. ℥. j. ⁊ alioꝝ cū vino aromatico. ⁊ facimus ēt vaporationē cū spongia ante prandiū ⁊ ante cenā ⁊ fiat post euaporationē inunctio cū oľo vł etiam cū ceroto vsq3 ad alteram euaporationē. teneatur etiā sacculus super stomacho cū pulueribꝰ predictarum rerū. bonū est ēt dormire vt dicit Aui. primo super latus dextrū q2 fundus stomachi est in latere dextro vt cibus ad eū descēdat. postea d3 mouere se super latus sinistrū vt epar stomachū melius amplectatur. postea reuoluat se super dextrū vt cibus egrediatur a fundo stomachi ad intestina per portanariū qd̄ est in fundo stomachi. bonū est amplexari infantē nudū q2 huiusmodi infantes hn̄t calorē nāle3 tpatū ideo fit reuerberatio ⁊ ꝯfortatio caloris. tn̄ nō sudēt vel nō tm̄ retineant̄ vt fiat extuatio. Laudat̄ etiā catulus canis vel gattus niger super stomachū positꝰ. cōuenit etiā vinū aromaticū cū absinthio ꝑ quo vide Nicolū. In cā vero calida alio mō est ꝓcedendū videl3 cū infri. ⁊ iō laudat Rasis pul. infri. cōueniūt ēt isti siru. ⁊ sunt vsuales v3 siru. de cito. ro. de ribes

de succo aceto.⁊ tales sirupi in cõfortatiõe stomachi debẽt hẽre virtutẽ stip.cũ hoc qđ infri.⁊ misceant cũ aquis plan.⁊ ace.ẽt cõfectiões infri.vt diarodon ab. diarodon.d.cõi cõfectio triasan.⁊ p tres horas dant ãte cibũ dãdo bolũ vnũ.vz etiã zuchaꝝ ro.si volumꝰ inũgere cũ oleis inungemus cũ oleo cito.ro.aspgen/do etiã de alijs simplicibus sup stomachuz vz de ro. balaustijs corticibꝰ granatorũ sandalis spodio coral lis ⁊ alijs faciẽtibꝰ ad remotõez cali.⁊ stomachi cõfor tationẽ.In cã vero cal.notãdus ẽ cañ.Aui.videlz qꝫ qñ infrigidamus stomachũ nõ opz multũ infrigida/re.qꝛ de se est fri.cõplõnis.ẽt qꝛ virtus digestiua ni/mis debilitaret.Ubi vero cã eẽt mala cõplo sicca eiꝰ cura est sicut cura ethice.Laudat ergo Rasis lac rõe humiditatis ⁊ herbas alias humectãtes ⁊ balneum humidũ. vinũ vero limphatũ claꝝ nõ potẽs.balnea vt ex violis lactũcis matribꝰ violaꝝ capitibꝰ⁊ intesti nis castratorum quare ⁊c̃.

¶Cura doloris stomachi.

Diuersificat dolor stomachi ƀm diuersitatẽ causaꝝ qꝛ aliqs ẽ a cã materiali ⁊ aliquis a cã imateriali.sed ante oia obseruet cañ. Aui.qꝫ in cura doloris stomachi debemꝰ cum diligentia ⁊ bona cura procedere ⁊ causam co/gnoscere.rõ est qꝛ stomachus est a natura deputatus vt chilum generet siue cibũ chilificet qui chilus est materia nutricatiõis.ideo si error contingẽt in huius modi cura talis error toti corpori cõmunicaret ideo opz bene causaz cognoscere a qua talis dolor proue nit ⁊ ideo stante cañ.vt dictũ est variatur cura.Si.n.

Diarr[illegible]
[illegible]

causa sit sola mala cõplo in cura sufficit sola alteratio vt dicit Aui. quarta primi. c. ij. Si vero a cã materiali puenit in eius cura sunt quinq intentiones obseruande maxime quãdo talis mã nõ ẽ apostemans. prima est debitũ regimen. scda mitigatio doloris. tertia digestio. quarta euãtio. quinta remotio male cõplexionis derelicte & cũ istis curamus dolorẽ stomachi.
¶ In prima intentione sm diuersitatẽ hu. est adhibendum regimen & sm varia signa. cognita ergo materia regimen erit cõtrarium vt in cali. fri. & in frigi. cal. Et ita Rasis in materia cal. exhibet succuz granatorum cuz pane infuso in eo. In causa vero frigi. exhibz spẽs aromaticas. dictũ est aũt supra satis d his & debiti regiminis administratione.
¶ Secũda intentio est mitigatio doloris que statim a prin. ponẽda est in opus practicũ qz stomach⁹ ẽ mẽbrũ valde sensitiuũ & neruosum maxie in ore stõachi in quo viget magn⁹ sensus: iõ statim remouem⁹ vel mitigamus dolorẽ. In huiusmõi aũt doloris remotiõe vt colligit ab Aui. scda primi doc. ij. sũma. ij. c. de cãis sedãdi dolorẽ. & q̃rta primi. c. d sedatõe doloris: trib⁹ vijs pcedimus in mitigatiõe doloris. Primo abscindẽdo cãm ex q̃ puenit iõ opz cãz cognoscẽ. Si. n. mã fuerit in stomacho oz eã abscindere. aliquãdo tñ mã est imbibita & nõ põt ita euãri statim a principio sed primo erit digerenda & interea stabit dolor. Ideo aliaz & secũdam viã in sedãdo dolorẽ dat Aui. vt procedamus cum rebus anodinis temperatiuz habentibus calorem & ita per earum applicationẽ confortatur locus dolens. illa enim que confortant calorem naturalem reducunt ipsum ad naturalẽ cõplonẽ suã & ita est fiendũ statim a prin. si non possumus eua

euare mām debemus cū anodis pcedē vt dictū est ꝛ diuersificat in mō applicatōis qꝛ aliqñ applicātur in forma euaporationū epithimatū ēploꝝ vnguētoꝝ primo faciēdo euaporatione cū camomilla mellıloto seie lini fenugreco. ꝛ semp mīstrare medicias anodinas cū aliq̄li hūiditate ē bonū qꝛ relaxāt membꝛū vñ nō ita sentit doloꝛ. vꝫ ēt si det in potu ciatū vnum aq̄ decoctiōis camomille. cū istis ēt possumus miscē alteā albā ꝛ facē decoctionē ex q̄ cū spōgia facim⁹ euaporationē īfundēdo in dicta decoctōe ꝛ manib⁹ leuiter cōprimēdo. pōt ēt fieri euaporatio iplēdo vesicaꝫ alicui⁹ aīalis ex dicta decoctiōe ꝛ eā applicare stomacho vt faciūt cōiter practici. Anodia i forma vnctionū sunt sicut oleū camomillinū de semine lini aneti ꝛ alia silia. Empl'a vero anodina sunt ex faria dictoꝝ. s. farina se. lini fenugreci radi. altee ꝛc. cū oleis p̄dictis cōmixtis. Et qꝛ qñqꝫ ista via nō est sufficiens oꝫ cū alia succurrē ꝛ est tertia via quā ponit Aui. s. cū stupe. qđ ē vltimū. ad qđ medic⁹ niti dꝫ vt dic̄ Mes. in de cōsolatōe medicinaꝝ in pp̄rio. c. Si dubitam⁹ de pstratiōe virtutis qꝛ p huiusmōi stupefactiua doꝛmiūt ꝛ ebetāt sensus vnde doloꝛē nō sentiūt ꝛ ex hoc virt⁹ refocillat. iō puocamus somnū stupefaciendo primo cū egethea que a Mes. describitur in ātidotario distinctione. ij. de medicinis opiatis ꝛ appellatur ab eo ȝaȝanea de qua damus vsqꝫ ad. ȝ. ij. Secundū ꝛ magis stupefactiuum est athanasia Nicolai ꝛ tenetur confecta ꝛ possumus dare a. ȝ. ½. vsqꝫ ad. ȝ. j. s. Tertium est filonium ro. quod describitur ab Auicen. quinto cañ. ꝛ tenetur confectum. de isto autem quia est fortius possumus dare. ȝ. s. ꝛ plus vsqꝫ ad ȝ. j. Auicen. 16. tertij in cura colice ex ventositate

filonium

laudat ipsuz & sunt vltima verba capituli. visum ē experimentuz a me in apothecario saraceni in quo non potuit sedari dolor nisi cū isto filonio. Aduertēduz tñ est circa hmōi stupefactiua & maxie qñ virt⁹ est debilis q: esset periculuz de extinctōe illi⁹ pauci caloris. virtute vō exñte forti securius possum⁹ exhibere: vt dicit Aui. in eodem caplo.

In cā ca. ca.

¶ Tertia intētio est digō q̄ diuersificat̄ fm diuersitatez cause. In cā ei3 ca. vtimur siru. acetoso ros. ō end. vio. Si vō talis mā colerica vel alia mā cal. fluerēt: tūc phibere dēmus talē fluxū exhibēdo ea q̄ cū frigiditate hñt admixtā virtutē stip. iō cōuenit siru. ro. de succo aceto. de granatis de cito. cū aqs end. cico. plā.

In mā fri

solatri. Ubi sit mā fri. sicut vtplm ɔtingit: o3 vt digeram⁹ ip3 flegma cū melle ro. v3. ℞. mellis ro. ℥. j. oxi mel. s. ℥. ſ. si forti⁹ incisiuū volum⁹ capiem⁹ oximel cōpositū vel squiliticū cū aqs beto. maiorane saluie & silib⁹. vituperat̄ aūt abs. mā existēte in stō & ideo nō

In mā mlica

dam⁹ aquā abs. Si vō mā fuerit mlīca digerimus cū siru. de epithimo de thimo de fumoterre cū aquis fumiterre scolopē. & aliis sirupis dictis & dabim⁹ vsq3

In ca. san.

ad octo dies. Si mā fuerit sanguinea faciem⁹ flomiā.

¶ Quarta itētio ē eūo: s3 circa eā ē cañ. v3 q̄ qñ volumus eūare mām erñtem in stō nō debem⁹ eūare cū medicina solutiua cui⁹ virt⁹ ptrāseat epar nec ēt cum ea que trahat a remotis q: tūc dicta medicina eūaret plusq3 esset necesse maxie q: mā ē ppinqua viis expulsionis ēt q: trahit māe ad stomachū qō tñ nō querimus. & hūc cañ. ponit Gal. 7. terapē. c. 15. & in libello memiri. i. 10. tractatuuz. tractatu decio. & Auer. 7. colliget ɔ alios practicos q dant agar. turbit & alias medicinas a longe eūantes. laudat ipse Gal. loco al

legato hierāpigrā in qua nullū simplex solutiuū igre-
dit̃ p̃ter aloes quā qdā nolūt exhibē in cā cal. pp vnū
textū Auicē. in pn̄ti cura eo q̄ oīa simplicia intrantia
sunt cal. d̄ quo dcō Aui. dubitat Gen. ⁊ soluit q̄ Aui.
nō loq̄t nisi qn̄ ↄplo stomachi est intēsissime cal. ēt in
caplo de eo quē ledit sensus stomachi. laudat̄ ēt eam
Aui. in pluribꝰ locis: nō ipsa maxie laudat̄ Medicie
vo scamoneate nō debēt exhiberi qꝛ debilitāt stoma-
chū. laudat̄ ēt cassiafistula māna cū aliquātulo reub.
ēt mirabo. cit. ēt vbi nō fit multū ca. vt dicū ē vtimur
hierapigra. laudat̄ ēt vomitꝰ cum aqua tepida qꝛ in
hac cā ca. maxie vz qꝛ colā multū sursuz eleuat̄. ⁊ vbi
talis mā nō possit bn̄ educi iterū ac iterū oꝫ reiterare
euādo cū hierapigra diasenicone. diasenicon eiꝫ nō
ptrāsit epar vt hr̄ a Gen. qnto can̄. tractatu tertio sup
caplo p̄io p̄ime descriptōis diasenicon. dicit ēt ibi
q̄ lꝫ in diasenicone ingrediat̄ scamonea ⁊ turbit tamē
rōe carnis viscose dactuloꝝ q igrediunt̄ ⁊ amigdalaꝝ
⁊ s̄m. d. Mes. penidioꝝ virtus istoꝝ inuiscat̄ adeo vt
epar nō ptrāseant. laudat̄ ēt diacitoniten solutiuū hꝫ
eniꝫ virtutē euādi mām grossaꝫ ⁊ dabimus vsqꝫ ad
ʒ. 5. ⁊ lꝫ sint in eo medicie cal. tn̄ qꝛ cū carne citonioꝝ
miscent̄ ideo nō ita calefaciūt. laudāt̄ ēt pille d̄ hiera
s. ⁊ ↄposita pille elefangine ⁊ masticine que d̄scribū-
tur a Cōciliatore in additionibus Mes. caplo d̄ debi-
litate digestiue stomachi.

¶ Quīta ⁊ vltia itētio ē remotio male ↄplōnis. Si
fuerit mala ↄplo fri. curabimꝰ cū fomentatōibꝰ con-
fectionibꝰ ⁊ cerotis. Si fuerit mala ↄplexio cal. cum
triasan. diarodon ab. vt supra dictū ē in cura deblita
tis stomachi. Qn̄ vero dolor stomachi puenit a ven-
tositate debemꝰ exhibere ea que faciūt ad reso. vēto-

sitatis.sed prius oportet considrare an dicta vento sitas habeat materiam fouentem aut nō.si sic oportet eam euacuare ipsa digesta anteq̄ exhibeamus fortia calefa. quia talia maiorarent ventositatē. τ ideo conuenientiora sunt temperate calefa.τ sic debemus procedere cum euacuantibus τ ipate cali. de qb⁹ q̄dam sunt simplicia τ quedā ɔposita.De simplicib⁹ primo sunt grana lauri que resoluūt ventositatē.etiā alleuꝫ qꝛ ɔsumit de quo vide historiā Gal.7.terapen.c.15. Uinuꝫ etiā puruꝫ aromaticū dicit resoluere τ vulgares obseruāt hoc qꝛ exhibent semina anisi postea bibunt duos ciatos vini maluatici.ciminum etiā valet τ singulariter valet galanga.τ Auicē.in.c.de inflammatiōe stomachi dicit laudes multas.Cōposita vsualia sunt sicut diaciminū diagalanga confectio dianisi. si fortiora volumus habem⁹ el'm ꝺ baccis lauri descriptum ab Aui.c.de colica.quare τc̄.

¶ Cura apostematis stomachi.

Cura vero apostematis stomachi est sicut cura apostematis pulmonis τ frenesis τ aliorum membrorū quia a principio debemus vti repercussiuis diuertentibus ne materia ad locum apostematum currat. postea in augmento vti debemus repercussiuis mixtis cuꝫ resoluentibus. in statu autem mere resoluentib⁹.vide in aliȷ̈s quia idem est modus cure. Si apostema non curetur per viam resolutionis sed veniat ad collectionem saniei τ maturationeꝫ vtaɾ maturantib⁹ pro qb⁹ vide Rasiꝫ Aui.τ alios auctores quare τc̄.

Cura singultus diuersificatur s3 diuersitatem cause. Si enim pueniat a mala cóplexione imateriali inducta ab aliqua causa primitiua cura est remouere causa3 primitiuam vt si a frigiditate aeris póatur in aere calido & ecótra. si a cal. póatur in frigi. postea illa causa primitiua remota cito remouet illa mala cóplexio ipressa & curamus per cótraria & cu3 oibus remedijs que remouent 9ria3 cóplexioné. o3 ergo ordinare debitum regimé. raro eni3 9tingit q hmói singult9 a sola mala cóplexione pueniat. Si vo puenit pp corruptóe3 vel grossitié cibi túc démus prio múdificare stomachú a cibo corrupto & hoc pót fieri cú vomitu & solu. ven. Si. n. mä incline ad vomitú: vomitú puocemus vbi corp9 ét sit paratú vomitui. & si nó sit paratú vomitui vel mä sit in fundo stomachi: tunc curabim9 cú clisterijs lenitiub9 vel ét soluédo ven. cú cassia mána vl cú pillis elefanginis & masticinis dando. ℈. iij. ð ipsis pillulis. ét cú electuario de hiera. s. dádo ad quátitate3. ℥. j. cú diasenicóe dádo. ʒ. iij. vsq3 ad. iij. postea vo 9fortam9 stomachú cú his que p interius & exteri9 applicant. Per exterius inungédo cu3 oleo de méta masticino de abs. cófortamus ét cú cerotis & fométationibus sicut dictú est in caplo de debilitate stomachi. Per intertus vero exhibem9 aromaticu3 ro. vel gariofilatú 3in3iber códitú & alia supradicta. Si vero pueniat ppter acuitaté sensus vel punctioné sicut cótingit in hntibus stomachú maxie sensitiuú vel puenerit a cibarijs valde acutis vt ex cómestione cepa3 allei piperis vel 3in3iberis tunc debem9 mundificare stomachú ab istis cibarijs valde acutis vel p vomitú vel p secessum. cóuenit ei3 cú aq̃ cal. puocare vomitú

⁊ huiusmodi aqua cali. pauca exhibeat ⁊ non multa q: longiori tempore remanebit in stomacho ⁊ ñ cito euometur ⁊ per ꝯsequens melius poterit stomachuꝫ mūdificare. valet ēt aqua ordei ⁊ zucbarū ro. vł vio. cōfectio triasand. diarodon ro. ⁊ iulep vio. postea vero confortamus stomachū cū his q̄ p exterius ⁊ p iterius exhibētur de quibus satis dictū ē in. c. de debilitate stomachi. Ubi vero prouemat a ventositate sicut plin fit tunc debemus exhibere decoctionē mēte mētastri cimini ⁊ thuris vt facit Rasis in lr̄a exhibēdo p̄ro qualibet vice. ℥. iiij. de tali decoctiōe. ⁊ p ista insinuauit nobis alia remedia carminatiua vētositatis. ⁊ proprie conuenit diaciminū' diagalāga ꝯfectio diani si. Simplicia vero valētia sunt sicut semina anisi quibus vtūtur vulgares vel integra vel ꝯtusa bibendo cum eo parum vini albi. ēt valet semē cimini ⁊ grana lauri. Et qñ prouenit a mā̃ fri. conuenit magna ventosa vt dicit Aui. c. de dolore stōachi. laudat ēt Auic. singulariter castoreū assumptū cū modico vini albi. in remotiōe ventositatis facientis singultuꝫ vel cum decoctione seminis anisi. electuariū etiā ꝺ baccis lauri est singularissimū vt dicit Aui. c. de cura colice vētose dicens ꝙ huic electuario nihil equipatur in resolutione ventositatis. precepit etiam Aui. ⁊ Rasis vt dormiat q: calor fortificat in interioribus. somnus lōgus multum confert qñ est mā̃ ventosa. dicit ēt Ras. ꝙ vaporandus est venter. ⁊ per hoc omnia alia remedia dedit intelligere. exhibet etiā Rasis decoctioneꝫ carminatiuā vt nō intelligamus decoctionē factā cū anodinis solū habētibus caliditateꝫ sed ēt factam ex rebus carminatiuis intensiorē habentibus caliditatē ⁊ ideo facimus decoctionē cū camōilla mellilotoane

to pulegio calamento origano abrotano semine lau-
ri ameos qd' e singularissimu semine feniculi. hac enim
decoctionem facimus in aqua cui quandoque permiscemus
parum vini albi odoriferi vel cum solo vino. Si fortius
resolutivum volumus et cum vesica semiplena huiusmo-
di decoctione superponimus stomacho. succurrimus
etiam cum vnctionibus sacculis emplastris cerotis et
vnctionibus videlicet inungendo cum oleo de lilio spi-
ca camomillino. aliqui solent capere filu decoctu cum
cineribus ac si vellent dictum filum dealbare. et ita cal.
cum dictis cineribus inuoluunt in pannis et supponunt.
et isto remedio comuniter practici vtuntur. Accipiunt etiam
aliqui cineres cal. aliqualiter madefactos in lixiuio
vel eos irrorant aqua vite qd' e melius vel aliquo vino
maluatico bono et eos in scutella existentes inuoluunt
in pannis lineis et ponunt super stomachum. isto enim
remedio vsus fui cum essem MCCCCLI in cura cuiusdam no-
bilis dni Aloisij bossij cui prius applicata fuerunt mul-
ta alia remedia et ei bene successit per dictam scutellam
cinerum. et ratio est quia illi vapores exeuntes a cineri-
bus cal. sic irroratis cum lixiuio vel vino aromatico vel
aqua vite sunt cal. et sic. et maxime exiccantes et resol.
ventositatem ideo curant singultum. laudatur etiam ab Auic.
ventosa applicata super stomachum. postea dicit Ras.
quod ei est ieiunandum vel est ponendum infirmus in balneo
tempore vacuitatis. tamen debet esse de remedijs vltio ap-
plicandis et ideo cum cautela debet applicari quia bal-
neum multum debilitat. Nota quod hec egritudo licet vi-
deatur parua aliquando tamen est pessima ideo varijs remedijs
vtendum est. Quidam enim iuris doctor papien. xij. diebus
stetit cum singultu. Nota tamen quod tro. descripti a Rasi non
tenentur confecti sed vtuntur comuniter practici iam dictis supra.

Retētio aūt anhelitus qḋ ēt vulgares obseruāt clau dēdo os ⁊ nares vbi fit ventositas resoluif eni3 ex ca liditate stomacho cōicata q2 co2 inflāmaf ⁊ talis iflā matio ⁊ calefactio cōicatur stomacho ⁊ resoluit vētosi tatē. Si vero proueniat a mā in stomacho ɔtēta i ei⁹ cura sunt quinq3 intētiones obseruāde. prima ē ȯbi tū regimē. secūda digō hu. tertia eūo. quarta excussio hu. adherētis ptib⁹ stōachi. quinta ɔfortatio stōachi.
℄ Pro pria intētiōe ɔsiderare op3 si sit mā cal. vl' fri. q2 ɔtrariandū ē ipi cāe in oibus rebus nō nālib⁹.
℄ Secūda intētio ē digō. h ēt diuersificaf ᵬm diuersi tatē cāe. Nā si mā fuerit colrica cōuētēs erit siru. aceto sus de endi. vio. cū aquis appropriatis. Si vo proue niat a mā flatica ɔuenit mel ro. siru. de duob⁹ radi. cū aquis appropriatis supradictis multotiēs. Si mate ria fuerit melācolica ɔuenit siru. de pomis de thimo de epithimo cū aquis appropriatis. s. fumiterre sco lopen. ⁊ aliĳs respicientibus hu. melācolicū.
℄ Tertia intētio ē eūo. s3 prius notare ȯbemus cañ. supradictū videlicet ꝙ tale solutiuū exhibitū nō tra hat a longinquis ptibus imo eius virtus non ptran seat epar pp cām supradictā. In fri. vo cā exhibemus diacitonitē solutiuū ⁊ alia solutiua appropriata ipis hu. tā cal. ꝙ fri. de quibus satis dictū ē supra.
℄ Quarta intentio ē excussio māe existētis in stoma cho. ⁊ in hoc laudaf primo vomitus q2 p talē fortem morū stomachi ɔtigit vbi mā fit fixa ⁊ adherēs cum tali vomitu eradicef. laudatur ēt fortis ɔcussio in fir mi agitādo eū. fortis ēt clamor ⁊ saltatio. fortis eqta tio eq q bn̄ succusset. ēt sternutatio fortis dicit Hipo. 6. affo. pticula. A singultu hito sternutatio supueniēs soluit egritudinē. ⁊ Aristo. in pble. voluit ꝙ sternuta

tio nō ꝯferat eructuatiōi sic̄ singultui. dicit eniȝ ꝙ sin/ gultus ē passio pulmonis ⁊ nō stomachi vide ipm̄. iō Matheus gradi dicit ꝙ multū miraꝛ de ipo Arist. in hoc ⁊ magis de dilucidatoꝛe q̄ n̄ soluerit has ꝯtradi/ ctiōes. Irroꝛare ēt faciē cū aq̄ cōuēit: qꝛ facit ꝙ caloꝛ retrahit ad intra. Ultio medici debilitāt sensuȝ stoma chi vt hm̄ōi nocumētū n̄ ꝑcipiaꝛ exhibēdo aquā fri. ī multa quantitate quo sensu obtuso remouetur singul tus. ⁊ istud cōiter faciunt vulgares bibentes ciatum aque. non tn̄ est vera cura qꝛ postmodum redit saluo qḋ posset eē ꝙ per antipistasim caloꝛ ille foꝛtificareꝛ ⁊ resolueret mām̄ illaȝ. laudaꝛ etiam in hac intētione siru. de papauere dando coclear vnum vel duo quia facit ad stupefactioneȝ. ⁊ istud laudant pꝛactici. etiaȝ vulgares accipiunt lac papa. albi simul cum aqua la ctuce contundendo semina dicti papa. albi ⁊ facien/ do lac postea exhibere vel facere decoctionem ex se/ mine papa. albi semine lactuce iusquiami albi ⁊ eam decoctionem exhibere. Si vero ista leuia nō sunt suf/ ficientia erit singulare filoniū ro. qḋ laudat Aui. quia cum eo coniungitur stupefactio ⁊ resolutio pꝛopter simplicia ingredientia que sunt cal. etiā vigoꝛatur vir tus expulsiua.

¶ Quinta ⁊ vltima intētio ē remotio male cōplexio/ nis in qua opȝ cōsiderare quis fuerit humoꝛ q̄ im̄pſ/ ferit. s. vel cal. vel fri. remouēdo malā ꝯplexionē dere lictā semꝑ p̄ cōtraria. Si vero a siccitate ꝓueniat opȝ deuenire ad humectātia. laudat ergo Raſ. aquā cali. bꝛodia pinguia carnes cōtusas pꝛo cibo. inunctio fa/ cta cum oleo vio. valet. etiā laudat oleum amig. d. in ungendo spondiles. etiam omnia que sunt humida ⁊ restauratiua quare ⁊c̄.

IRo cura ista nota q si talis appetit⁹ corru ptus pueniat pp mébro⁊ inanitóem.s.pp recedentes egritudines stat intétio in bono regimine itaq patiés vtat bono ⁊ temperato regimine suadédo patiéti q stomach⁹ nó partiatur magnam quátitatem cibo⁊ú imo q non potest bene illa cibaria digerere ⁊ inde generant superfluitates multe ⁊ per consequés multe egritudines: sed debet patiens in sufficienti quátitate accipere ⁊ multotiens sed in pauca quantitate pro qualibet vice. ⁊ talia cibaria non sint difficilis digestionis ⁊ eis exhibeam⁹ cibaria vnctuosa ⁊ pinguia vt brodia pinguia carnes pingues ⁊c. que hñt relaxare tunicas stomachi ⁊ potius habent pmouere nauseam q̃ appetitú. ⁊ ideo tunc prostrabit appetitus. ⁊ hec cura erit quádo pter inanitionem membro⁊ talis appetit⁹ pueniret. Si vero pp debilitaté digestiue dictú est supra capl'o de debilitate stomachi. Si pp debilitaté epatis dicetur capl'o de egritudinib⁹ epatis. Siliter si propter splené vt q: transmittat magná copiá hu. melancolici vt corrugando os stomachi causet appetitum dicet in capl'o de egritudinib⁹ splenis. saltem oportebit q mã que est fluxa digerat ⁊ euacuet. Si vero pter vermes videbit cura infra loco suo. Si a materia frigi. flegmatica existente in stomacho ⁊ in ore eius sunt quinq intentiones obseruande. prima est debitum regimen. secúda digestio. tertia euacuatio. quarta remotio male cóplexionis ⁊ resol'o remanentis. quinta appetitus prostratio.

¶ In prima ergo intentóe regimen dz declinare in oibus rebus nó nãlibus ad cali. ⁊ sic. q: egritudo est fri. ⁊ hu. ⁊ ita cibaria sint cali. ⁊ sic. preter h' q in ciba

tijs est cañ. obseruãdus vz q non adhibeantur acria acetosa vel stip. Et licet talia cõpeterent pp cãm. s. in digerendo incidendo mãm flegmaticaz augerent tñ egritudinem. s. appetitum.

¶ Secunda intentio est digestio in qua dictũ est satis supra. Si mã est fri. digeraẽ cũ melle ro. ꝛ digestiuis supra noiatis in materia frigi. cum aquis etiam iam dictis conuenientibus.

¶ Tertia intentio est euacuatio sed obseruandus est cañ. q tale solutiuũ nõ multũ trahat a remotis sicut supra dictũ est qꝛ mã cõtineẽ in vijs ductuuz vbi gra cũ diafenicone ꝛ cũ pillulis elefanginis.

¶ Quarta intẽtio ẽ resoƚo residui remanentis ꝛ hec cõpleẽ cum his que p interius ꝛ exterius calefaciũt stomachũ de qbus satis diffuse dictũ est supra caplo de debilitate stomachi. ꝛ in hac intẽtiõe laudaẽ vinũ qd laudat Hypo. scda affor. Pot° indigentiã soluit. Sed vr̃ esse cõtradictio inter Aui. in presenti cura ꝛ Gal. in cõmento affor. allegati. vult enim dare vinuz post cibaria vnctuosa ꝛ ita post cibuz: Aui. vero ante cibum. Diciẽ vt rñdet Gen. q Aui. habuit intentões quã nõ habuit Gal. Aui. ẽt dedit ante cibum vt calefaceret stomachuz ꝛ digereret mãm flegmaticam vel aliam. Gal. vero dedit post cibuz vt vomituz puocaret ꝛ vt stõm laxũ reddẽt. vide Gen. Etiã vr̃ ꝯdictio de hoc qd dicit Aui. q vinũ nõ dz exhiberi stante fluxu cũ ergo vt in pluribus ꝯiungaẽ fluxus cũ appetitu canino pp nimiã quãtitatẽ ciboꝝ vr̃ ergo vinũ nullo mõ esse exhibẽduz. Ad hoc rñdet Gen. ꝛ vide eũ.

¶ Quinta ꝛ vltĩa intentio est ꝓstratio appetitus ꝛ ista cõpleẽ cũ oibus corrugatõez ꝓhibentibus. ꝛ iõ Rasis laudauit rizuz alteratũ cũ pinguibus cibarijs

et ita oia oleaginea et vnctuosa coueniut q relaxat tu/nicas stoi io phibet corrugatio. laudat vinu in multa quatitate post cibu qz facit fluere cibu p stom et ita di sponit ad nausea. Si vo pueneri a ca cali. resoluedo succurredu est cu regimine cibario grossor vt ver bigratia castaneis carne bouina vl vaccina qz stoma chus non ita potest 9sumere hmoi cibaria vt ita: Ra sis facit in pnti caplo quare etc.

Cura doloris epatis.

Pro cura huius egritudinis vide Rasim Auicen. et alios auctores in capitulo pro/prio etc.

Cura apostematis epatis.

Rasis in cura apatum epatis remittit nos ad cura apatis stoi. sz lz 9ueniat in repcus/sione et resolutoe tn qz aliq can. coueniunt in cura apatis epatis q no coueniut in cu/ra apatis stoi io facimus distincta capla. Pro prio ergo obseruadus est can. q no debem esse neglige/tes in eius cura qz apa est in mebro nobili et pricipa li. ideo Aui. qrta primi dicit q cu diuersis ingenijs demus succurrere et cito qz nocumetu postea fit toti coe et qz coiter tale apa epatis est cali. ac cito ad duri/tiem venit ideo sunt intentiones in eius cura obser/uade. pria est debitu regime. scda diuersio hu. tertia repercussio. quarta digestio. qnta euatio. sexta reso/lutio. septia remotio male 9plexiois in epe drelicte. In pria intetoe oz dispone regime qd prohibeat

augumentū siue ꝯplemētū apatis administrādo regimen fri. ⁊ si nō sit nāliter fiat artificialr̄ infrigidando ⁊ imobilitano hu. ne moueanť ad locū apatū. In cibo aūt sit cōtent⁹ ptisana or. vel pane infuso in brodio. dimittanť carnes oua ⁊ alia san. generātia. Et lʒ plurima alia apata possint fieri in epate tamē vtplurimū est apa cali. Et sicut de aere ⁊ dieta dictū ē ita ꝺ alijs sex rebus nō nālibus ordinādū est. de hoc multotiēs habitum est in superioribus ideo prolongare sermonem non oportet.

¶ Scda intētio est diuersio q̄ multū facit ad ꝓhibēdum augumētū apatis subtrahendo mām q̄ est para recipi ⁊ ista cōpleť flo. de qua loqtur Aui. in ꝑncipio istius capl'i ⁊ dicit ꝙ primū opʒ egrotātis dispōnem ꝯsiderare ⁊ alia. s. virtutē qꝛ si cōsenserit faciem⁹ flo. vel in vena media. i. nigra vel in cephalica vel in basilica. ⁊ ꝟm maiorem vel minoreʒ repletionē ⁊ virtutis tenorem extrahemus magnam vel paucaʒ quantitatem san. sed flo. vene nigre ⁊ cephalice non ita facit ad propositum apostematis epatis sicut facit flo. vene basilice propter directum aspectum. sed vt nobis ostenderet Aui. necessitatem flo. dixit vt fiat flo. ex omnibus dictis venis. ⁊ etiaʒ ita facit in capitulo de cura pleuresis. ⁊ ideo si non inueniremus basilicā non propter hoc desistas in flobotomādo aliaʒ venā s. cōem vel nigraʒ. ⁊ hoc maxime si nō appareret pp pinguedineʒ fiat de cephalica lʒ magis capiti deseruiat. Utruʒ aūt talis flo. dēat fieri in latere dextro vel sinistro facit Cōciliator diam. 198. vide eā. ⁊ Gen. tʒ hāc opinionē Cōciliato. fit ēt diuersio cū fricatiōib⁹ ligaturis ⁊ alijs q̄ faciūt ad diuersiōeʒ san. ⁊ hu. currentiū. ēt cū ventosis in extremitatibus.

¶ Tertia intentio est repercussio que facit ad prohibendum augmentum apatis et hoc fit constringendo porositates epatis ne recipiat materiam et in hac intentione ponit Avi. can. observandos et alios timores quos debemus timere et cavere. Primus est quod advertimus in usu istorum fri. repercussivorum quia epar habet venas strictas et est membrum pronum cadere in oppilationes. et ideo advertendum est quia fri. constringendo vias sunt causa oppilationis. Secundus est quod nos debemus advertere quia apa epis facillime induratur quia partes subtiles apatis resoluuntur et remanent partes grosse. ideo dicit Avic. quod non evadit aliquis ex apate indurato. et dicit Avi. o quam velociter respondet duritiei ideo non debemus nimis infrigidare. Tertius est quod advertamus in usu stip. fri. ne sui frigiditate prohibeamus resudationem. ideo etiam in pleuresi est vitanda in prima parte augmenti. semper enim ex tali apate resudat aliquid de materia ideo fit sputum subrubeum vel subcitrinum. et ita etiam resudat aliquid ex apostemate epis et illa virulentia indiget abstersione. Quartus est quod ista repercussiva fri. sunt aliquando causa retentionis colere in epate et ideo sunt causa maioris inflammationis et prohibet ne materia colerica mittatur ad cistim fellis. Ideo dico statibus istis can. quod repercussiva non debent esse fortia et semper debemus aliquid immiscere quod habeat virtutem aperitivam et abstersivam exhibendo aliquando ea que per interius et aliquando ea que per exterius applicantur. Per interius damus siru. videlicet rob. de succo ace. de ribes de cito. cum aquis appropriatis. s. aceto. plan. que singularissima est quia non est constrictiva sed aperitiva licet quidam dicant quod est constrictiva sed male. Et nota tex. quod in cura oppilationis epis laudat Avi. aquam plan. factam ex folijs et rad. suis et cum hoc ponemus aquam end.

endi. que côuenit cum epe. miscemus etiam cum su/ p:adictis aquis aliquā ex istis. s. cico. capillorūueñ. q: abstergūt ꝛ aperiunt. ꝛ hoc vbi materia sit cali. q: si esset frigi. côueniret mel ro. cū siru. ro. ꝛ tūc cū aq̄ absin. que non ita infrigidat. Per exterius aūt côue/ niunt epithimata ꝛ inunctiones vt ex oleo ro. ꝛ de ci ro. ꝛ epithima ex aqua plan. solatri ꝛ ro. ꝛ cū pāno in/ fuso applicet epi faciēdo etiā sacculos ex pulueribus vt ex sandalis albis rubeis ꝛ citri. rosis corticibus ꝛ floribus granatorum ꝛ puluerizare ꝛ super epar ap/ plicare cum sacculo. Si etiam fortius indigemus ap/ ponemus tam in epithimate q̄ȝ in sacculo quattuor vel sex grana camphore aut ex eis possumus facere emplastra. Si vero materia esset frigi. non faciemus epithimata ex reb⁹ fri. tm̄ sȝ cū eis poneremus de ca lefactiuis vt de absin. squināto mastice cum oleo ro. ꝛ masticino. etiam ex decoctione absin. ꝛ squināti po nendo super epar.

¶ Quarta intētio est digestio. si enim sit alius humor a sanguine, diuersificabit digestio ꝑm diuersitatē hu. q: si erit colericus digerēdus erit cum digerentibus colerā ꝛ sic de aliis. Est tñ obseruandus cañ. in hac intentione ꝙ illa que exhibemus ꝑm diuersitateȝ hu/ morum debēt hēre virtutē stip. côuenit ergo sir. ro. ð ribes ð succo ace. oȝ. n. simul stipticare ꝛ digerē ꝛ ma xime q: sumus in prin. ꝛ iō non côuenit siru. vio. q: nihil hȝ stip. Ubi vero nec essemus ī pri. nec in aug/ mento ita ꝙ iā fluxa esset materia que debebat fluere tūc possumus vti aliis nō stipticis ꝛ tūc darem⁹ siru. acetosum vio. ꝛ alios sepe dictos ꝛ isti côueniūt pro digestione materie colerice. In flegmatica vero côue nit mel ro. oximel sim. sirupus de duabus radici. In

melācolica vero ēt ꝓpria cōueniūt digestiua vt firu. de pomis simplex firu. de fumoterre.

¶ Quinta intētio est euō ꝛ est obseruādus cañ. ꝓdictus ab Aui. p̄ries ꝙ qñ volumus euare opꝫ cōsiderare locuꝫ apatis qꝛ si est in cōcauo oꝫ euare p venas meseraicas ꝛ intestina. si autem in gibbo per venas emulgētes ꝛ vias vrine. facere aūt al'r est magnus error. ꝛ diuersificaꝭ huiusmodi intētio ꝑꝫ diuersitatem humoꝝ. nā si sit col'a euabimus cū reubar. cass. ꝛ māna ꝛ non oꝫ ꝙ sint fortia attrahētia qꝛ eēnt cā augmēti apostematis agitādo hu. cōuenit ergo reub. in infusiōe. ꝛ laudauit Auic. vt exhibeanꝭ huiusmōi medicine cū pane vel alio cibo. d̄ quo dubitat Gē. nihil determinādo. ꝑcipit. n. Aui. vt exhibeaꝭ turbit elleborus. oppositūꝫ hui⁹ habetur quarta primi. c. de regulis cōib⁹ sol'onis ven. ꝛ vomitus. vbi dicit ꝙ medicina adhuc exñte in stomacho nō debꝫ cibus exhiberi. Mattheus gradi soluit dicēs ꝙ regula ē in cura apostematis ꝙ nō soluamus ven. cū medicinis trahentibus a remotis mās ad ipsum epar qꝛ tunc est timor de augmēto ꝛ additōe apatis ꝛ solum debemus euacuare qd̄ in epe contineꝭ. ꝛ qꝛ aliqñ materia est grossa ꝛ rebellis ideo indiget forti solutiuo vt turbit vel elleboro. verū qꝛ iste māe hñt ānexā aliā virtutē. s. ꝙ attrahūt a lōginqs: ıō ingeniat' ē Auic. vnū modū quo euaret ab epe ꝛ nō ab aliis mēbris vꝫ dādo paucam quātitateꝫ solutiui ꝛ secū admiscēdo cibū ꝛ ita cibus alteratus cū virtute huiusmōi solutiui facit solu. ꝛ nō attrahit a remotis qꝛ illd̄ paucū solutiuū qd̄ nō fuisset sufficiēs ad attrahēdū mām admixtū tñ cū cibo ꝛ alterato ipso cibo cōplet solutioneꝫ ꝛ non attrahit a remotis qꝛ eius virtus refrangiꝭ a cibo. Sed posset

quis dicere quare est q dictū solutiuū cū ē in epe nō attrahit a remotis? dicat q virtus solutiui est ita con fracta q non potest a longiori loco attrahere. ⁊ ideo dicit Auicen. aliquid ex istis solutiuis quasi velit in/ nuere q illud solutiuum sit parum. Euacuatiua co/ lere flegmatis ⁊ melancolie satis dicta sunt supra: iō diuersimode procedimus euacuando ſm diuersita/ tem humoris.

¶ Sexta intētio ē resol'o ⁊ in hac intētiōe ponit Aui. cañ. vnum q in ista via nō debemus absoluere soluti ua a stip. cōfortatiuis vt spicā squinātū q2 epar ē mē brū sicut sang. congelatus siue coagulatus ⁊ est mem brum satis laxū ⁊ dissolubile. eēt ergo timor ne tale mēbrū' eliquaret ⁊ dissolueret sicut cū digestiuis sem per miscemus qd̄ hēat virtutē aperitiuam. si ergo vo lumus facere decoctionē p fomentatiōe verbigratia mellilotі camomille altee addemus aliquid stip. vt spicam ⁊ squinantum. conueniunt ergo in hac inten tione reso. inunctiones emplastra epithimata fomē/ tationes circa regionem epatis cum aneto mellilото altea ⁊ camomilla ponendo aliquid de rosis de ab/ sinthio vel masticis. inunctiones vt cum oleo liliorū camomillino anetino ⁊ simul miscere ponendo semp de oleo absin. ad stipticādū ⁊ cōfortādū.

¶ Septima ⁊ vltima intentio est remotio male com plexionis ⁊ ista proportionatur cause quia si est cali. debemus remouere cum frigidis. ⁊ ecōtra. Comple tur autem hec intentio cum his que per interius ⁊ exterius applicant. Per interius cū siru. calefa. vel infrigi. ſm diuersitatē cause modo dicto: ⁊ hoc quan do tale apostema terminatur per reso. Aliquādo ta/ men deuenit ad sanitationē ⁊ cognoscimus per hoc

q̄ non diminuit feb. nec dolor: imo forte augetur quia circa generationē saniei accidūt dolores &c. Et ita arguendum est q̄ saniatur & si est sanguineū apostema maxime ad dubleti. i. saniē cōuertitur: & ideo debem⁹ adiuuare naturā ad collectōez saniei vt citius apostema maturetur. laudatur ad hoc decoctio pass. ficuū siccaruz altee maluaꝝ seis lini & fenugreci. & ita ex eis facim⁹ empl'z cuz butiro vel oleo amig. d. cum assungia pinguedine galline anatis. Maturato aūt apāte rumpimus ipm cū tussi motu forti ꝓuocādo vomitū vl'sternutationē vl'saltando & sic de silibus motib⁹. postea abstergimus ſm diuersa latera. vt si ē in gibbo dabimus abstersiua que sunt vrine ꝓuocatiua vt aquam mellis zuchari vel ordei vel cicerū rub. Si aūt in cōcauo dabim⁹ ea que faciūt ad ꝓuocatōem secessus vt cassiā mānaz tamarindos serū caprinū postmodū cōsolidamus cū boloar. terra sigillata vt supra dictū ē. Si aūt ad duritiē deueniat raro curantur sz postea ad hidropisim deueniūt. Est ergo intētio ad mollificandum cum radice altee maluis farina. s. lini & butiro. Sed vnum singulare remediuz est emplastrum mellilott qd describitur a Mesue in antidotario in duritie splenis epatis & duritie quasi omniuz membroꝝ & ponitur cum corio super loco. etiaz isopi cerotū. d. filagri. Et nota q̄ isop⁹ humida. s. sordities lane ouiū incorporata cū oleo amig. d. vel butiro in apostematibus auriū pueroꝝ vel in glandulis mirabilr̄ mollificat & resoluit. Et ego consequutus sum maximum honorem. & si possibile est fiat remotio duritiei apostematis: tamē quādo est confirmata durities nō curatur: vt dicit Aui. quare &c.

PRo cura debilitatis epatis ponit Aui.in princi.capl'i cañ.q medicine que adhibēt ad debilitatē epatis debent esse aperitiue cū leui caliditate & subtili.leui qz nō multū eleuate in caliditate qz si ɔtingeret q esset discrasiatū ad calidū adderēt in cām cali. & ppter hoc vt calor epatis ɔforteē tali leui caliditate.ēt q hēant virtutē aperitiuā qz cū debilitate epatis cōiter oppilationes ɔiungunē pp venaꝝ strictura qz ex debilitate multe in ipo gñanē supfluitates q̄ aggregate causant oppilatōez. Alia virtꝰ q̄ dz eē in hmōi medicis ē vtꝰ lēitiua & abstersiua leuiter qz supfluitates q̄ gñanē indigēt abstersiōe.& dic̄ Nicolus q ml'tuz ɔuēit terbētina qz ē abstersiua & lēitiua.iō pōit vnū el'm ð terbētina. Aui.in hac cura ēt medicie q̄ epati exhibenē sint stip.qz epar ē mēbrū laxū & dn̄t hūores pseruari a putrefactōe qz multi humores nō bñ dispositi generanē ideo oz illa exhibere que oēs has virtutes cōpleant vt cinamomū qð hz oēs has v̄tutes.Stāte ergo isto casu opz ɔsiderare cām & qz vtplurimū cā debilitatis epatis est frigus & si est cal.tandez deducitur epar ad infrigidatōez ppter multā reso.san.& spirituū.& ideo ad confortationē quedaz sunt simplicia vt absintium in quo omnes doctores cōueniunt qz est epatis calefactiuū temperate.aperit enim rōne partium subtiliū & habet virtutez stip.& solutiuam.squinantuz & spica simil'r sunt singularissima in confortatione epatis.pistachi vel fistici passule etiaz dul.quas laudat multuz Auicē.& etiam in cura male complexionis cali.quia a tota substantia respiciunt epar vt in capitulo de mala complexione frigi. epatis: quia vult q magis faciant ad confortationē epatis sui proprietate q̄z per

eius caliditatem noceant et debent esse potius aliqualiter acetose q̃ dul. in causa cali. in presenti et cap'o eas bis laudat et et i fine cap. dic q fluxũ curat lotiuũ et in cõmuni practica multuz confert exhibere vnuz coclear passu. in fluxu lotiuo. Etiaz carnes limatiaꝝ in cura male cõplexionis cal. et fri. laudant ab Auice. et cõnumerat eas in rebus cõuenientib' epati. de quo facit dubitationẽ Gen. differentia. 68. Et Jo. mathe' de gradi tenet contra Gen. et contra euz arguit vide euz. Endiuia etiam valet in egritudinibus tam cali. q̃ frigi. epatis quia hec agit a proprietate occulta. et limatie licet sint viscose et oppilent: tamẽ ratione proprietatis occulte ꝯueniũt et magis iuuant q̃ noceãt eo maxime quia artificio illa viscositas potest remoueri pro qua preparatiõe vide modũ preparãdi quẽ habes in fine Jacobi forli. super tegni in vltia charta. primo capiendo cineres et ponere dictas limatias in eis cuz aqua et multotiens fricare abijciendo aquã vel cuz arena et aqua et ita sepius fricare vel cũ aqua tepida et sale ita q nunq̃ tangant aquã fri. sed cal. qr in aqua frig. indurescũt. Aqua etiã distillationis eaꝝ multuz valet extenuatis et ptisicis et est multuz fortis ad restaurandũ. etiã ad debilitatẽ epatis. dosis eius est. ℥. vj. in aurora et tenetur ꝯfecta. etiã absinttium est singularissimũ in solo vsu eius et nõ ẽ timor in eo. liberaui enim hidropicuz ex solo vsu eius. valet etiaz aqua ordei in debilitate proueniente a malicia complexionis cali. derelicte post feb. tertianas. et hoc expertus est Mattheus gradi. Epar etiaz adip. conuenit a proprietate qđ aliqui estimãt eẽ epar lupi. Aui. autem sexta quarti ponit differentiã inter ea. facit eiz de eis capitula distincta. conuenit etiã confectio dia

lace dando de ea coclear vnum. valet etiam diacurcu
ma. dicit enim Auicen. infra quod in ea ē spes ad omnes
species hidropisis dando. ʒ. ij. in mane cum aliquo
liquore vt aqua absin. electuarium etiam de vino quod
ponitur ab Auicenna licet non sic ab eo nominetur
sed ponitur in capitulo de debilitate epatis quod est ex
sublimibus Gale. quod forte vt dicit Genti. ponitur a
Gale. in libro experimentorum vel in libro particu-
larium egritudinum qui liber memir appellatur vel
decē tractatuū quem librum Gen. non viderat et po-
nitur electuarium hoc in octauo libro decē tractatuū
capitulo decimoquarto. et Auicen. accepit eum de ver-
bo ad verbum sicut etiam facit Genti. loco allegato
licet ab eo Auicen. raro inueniatur quod verificet sim-
plicia ingredientia compositiōem. multi vsi sunt hoc
electuario et maxime quidam medicus Mediolani
pro illustrissimo duce Bari pro fluxu epatico a quo
sanatus fuit. postea vero alia egritudine obijt. Nota
etiam quod in isto electuario ingredit̄ quoddaȝ simplex
quod dicitur darsisabā de quo est dubitatio quid sit. quí
dam enim dicunt esse aspaltum quidam flores grana
ti siluestris sed loco eius vtimur xilocarata vel cha-
rus vel squila charoba vulgariter dicitur vel garoua
vel faba vltramarina. In libro autem Aristotelis q.
dicit̄ ad Alex. multum cōmendatur reubar. et dicit quod
est vita epatis. et ab Auer. quito colliget ꝯmendatur
quod est frenum aliarum medicinarum. quidam practici
dant bis vel ter de eo in hebdomoda. et pro quali-
bet vice dant. ʒ. s. et curant fluxum epaticum. et hoc
erat Giringelli secretum. Troc. etiam de reubarba.
multum valēt. videlicet dando. ʒ. j. vel. ij. bis in heb
domoda. valent etiam trocisci de rosis et eupatorio.

clistere ab stersiuum or.lib.j.vitellos ouoꝝ nũero.ij.zuchari rubei. ℥.j.Hoc enim clistere astergit mãm illã que figeret in itestis. ⁊ hoc quia nõ poterit longã morã trahere in intestinis. ⁊ ẽt qꝛ clistere remouet acuitatẽ humoris excoriãtis. fit enim vnũ aggregatũ rõne cuius non poterit excoriatio induci in itestinis.singularissima.n.sunt clisteria in hac cura.⁊ opꝫ vt a principio ista administrẽtur quia si ꝓfundaret postea nõ euacuaret.Ego enim fateor me multos curasse solum cũ administratõe hoꝝ clisterioꝝ.Aliqñ ãt mucositates sole sunt euulse ⁊ ñ ꝓfundata est excoriatio imo nec inchoata ⁊ tunc opꝫ ꝓcedere cum clisteribus glutinatiuis ⁊ viscosis quia adherent intestinis ⁊ faciunt vestẽ supra tunicas intestinoruꝫ.⁊ ita practici cõiter faciũt ordinando tale clistere.℞.albuminis ouoꝝ gũmi arabici adipis renuꝫ caprarũ vel sepi añ.ʒ.ij.olei rosꝭ.℥.j.ne adeps ita cito cõgelet.boliarmeni dragaganti añ.℥.j.cum aqua ordei si querimus cum hoc absterfionẽ ⁊ lauare.vel cuꝫ brodio pingui si volumus conglutinare magis.℥.x.misꝭ.pro clisteri.põere ẽt cũ istis butiruꝫ iuuaret.Aliqñ tamẽ materia retinetur propter istoꝝ viscositateꝫ ꝫ iõ oportet postq̃ꝫ modico tẽpore stetit clistere hoc cõglutinatiuum qd factũ fuerat post debitã intestinorũ lotionem iterũ administrare clistere lauatiuuꝫ.deinde iterum conglutinatiũ vt deficiat excoriatio ⁊ ꝓhibeatur per istum moduꝫ.ponitur etiã aliqñ succus plan. in his clisteribꝰ qui laudãtur ab Aui.Cognito deinde q̄ sit abscisa cã quia puta nõ plus fluit de materia colerica neqꝫ mordicatiua sed solus sanguis vel mucositas tunc consolidamus ⁊ primo videmus si oportet abstergere ⁊ lauare qd facimus cum clisteri lauatiuo postea facimus clistere incarnatiuum faciendo deco/

ctionē ex rof.balaustijs corticibus granatoꝝ sumach ꝛ semine coriandri semine berberorū ꝛ gallis ex qua decoctione accipiatur lib.j.cui addatur boliarmeni san.ora.terre sigillate thuris aū.ʒ.j.vel tro.ꝺ terra si gillata.ʒ.ij.addēdo vitellos ouorū numero duos vt adhereat intestinis.ꝛ hec omnia fiunt vbi sit excoriatio sola ꝛ pura.Si vero sit excoriatio cū vlcere ī cura sunt due intentiones obseruāde.prima est absterfio ꝛ mū dificatio.secūda est consolidatio.

¶In prima intentione cum videmus ꝙ egreditur pus vel sanies ab vlcere procedimus in cura facien do clistere abstersiuum ꝛ mundificatiuū ex aqua de coctionis furfurū frumēti vel ex aqua mellis vel ex brodio cicerū ru.vel ex aqua lactis caprini vel ex vri na vel ex lixiuio quia fortius est.aliqn̄ etiā ex vino ru beo quia abstergit ꝛ confortat ꝛ cum istis possumus miscere mellis rof.℥.ij.Si autē hec non sufficiunt ac cipimus aquam decoctionis piscium salitorū ꝛ aquā oliuarum salitarum.Si ista nō sufficiunt venimus ad fortia.s.accipiendo tro.de arsenico.ꝛ ita cum istis ab stergimus ꝛ mundificamus locum vlceratū.ꝛ semp tibi maior sit cura ad abstergendum ꝛ mundificādū q̄ȝ ad consolidandū:quia ꝛ si non administras con solidantia dūmodo bene abstergas ꝛ mundifices nā ex se postea incarnabit.

¶Secunda intentio est consolidatio qua facta opti ma mundificatione ꝛ non fluente amplius tali mate ria possumus ponere eā in actu practico administrā do clisteria consolidatiua ꝛ conglutinatiua cū rebus stipticis vt cum decoctione lentium rof.balaustiarū imponendo de boloarme.de terra sigillata ꝛ de alijs de quibus dictū est supra:tamen nunq̄ȝ recedas ab

absterſione ⁊ mundificatione quia vt dictum eſt natu ra de ſe incarnabit.

¶ Quarta ⁊ vltima intentio principalis eſt reſtrictio fluxus. aliqñ. n. propter ſuperfluū fluxum timetur caſus virtutis ⁊ ideo oportet iſtuȝ fluxuȝ retinere. ⁊ ét quia aliqñ non fit ex mã mala quia iã euacuata eſt ſȝ fit eo ꝙ vie ſunt laxe ⁊ debilitate. retinemus aūt fluxū cum his que per interius ⁊ per exterius adminiſtrã tur. Per interius cōuenit ſiru. roſ. mirtinus de citonijs de granatis ⁊ his ſimiles. conueniunt etiã tro. ꝺ ſpodio cum ſemine acetoſe dando. ʒ. j. ante cibū. etiaȝ confectiones vt zucharū roſ. imponendo corallos rubeos vel ſpodium vel accipiendo codognatam ſine ſpeciebus vel de ſirupo de citonijs. Si vero hʼ ñ ſufficiant ad narcotica deueniendu ȝ eſt. ipſa. n. doloreȝ remittūt inducunt ſomnū imobilitant humores. ſed bene conſideranda eſt virtus in adminiſtratione iſtorum narcoticorū. nō. n. dentur illi cuius virtus é debilis. extinguerent. n. illuȝ paucum calorē. ⁊ huiuſmodi qñqȝ adminiſtrãtur per ſupius qñqȝ p inferius. Per inferius aūt eſt ſuppoſitoriū de litio deſcriptū in lr̃a a Raſi. ⁊ tenet̃ confectum in apothecis. ⁊ debemus ſemp appēdere cū filo vt poſſimus ad placitū remouere. ⁊ dicit Aui. nos teſtificamur ⁊c̃. Per ſupiꝰ ꝯuenit athanaſia dādo a. ʒ. j. vſqȝ ad. ℈. iiij. ⁊ aliquando ponimus in cliſteri diſſoluēdo eã in ipo p exteriꝰ. cō ueniūt inunctiōes facte ex oleo citoniorū maſticino ⁊ mirtino aſpergēdo ſupra de puluere corallo ꝝ roſ. maſticis boliar. ſan. ora. ſingulariſſimū é empl'm diaſinicon deſcriptū a Meſ. ſȝ deſcribit duo. vnū in intē tiōe cal. aliud in itētōe fri. ⁊ iſtud tenet̃ ꝯfectū ⁊ capit̃ pãnus groſſus ⁊ pōit̃ ſupra vētrē ⁊ iterato renoua.

Syrupi
athanaſia doſis
emplastrum diafinicon

mus. Aliq faciūt suffumigia cuȝ vino ru. stiptico sup̄ ferrū ignitū fumuȝ recipiēdo vel igniunt scoriā ferri ꝛ sic faciunt vel vt cōiter fit ponere manus ꝛ pedes in decoctiōe stiptica. talis enim virtus stiptica cōicat stomacho ꝛ intestinis. Si aūt fuerit solus fluxus intestinalis lubricatiuus cura est eadē cuȝ cura stōachi ꝛ nō ē diuersitas nisi in hoc ꝙ in fluxu stomachi medicine magis ꝑ supius administrant. sed in fluxu intestinali sine excoriatione ꝛ debilitate digestiue magis ꝑ inferius vt per clisteria procedimus. ꝛ si est materia flatica eūa vt supra in cura fluxus stomachi quare ꝛc̄.

Cura fluxus splenetici.

Si fluxus proueniat propter debilitatē virtutis attractiue splenis vel ꝑ oppilatiōeȝ curetur sicut dictuȝ est in. c. de dolore splenis ꝛ ibi ampla ē cura ad resolutionē. multum valet oleuȝ capparorū oleum de lilio ō genestra agresti ꝛ alie res appropriate splēi. aq̄ scolopē. multū appropriat spleni ēt thamarisci. eūo fit cū mirabolanis indis vide ibi quare ꝛc̄.

Cura fluxus intestinalis qui dicit tenasmon.

Tenasmon est appetitus vehemēs egerendi absq̄ egestione notabili respectu illius appetit⁹ quē hȝ. No. ꝙ cuȝ dissenteria q̄si semp cōplicat tenasmon ex eo ꝙ loc⁹ excoriatus stimulat ad egerenduȝ lȝ nō sit mā vel pauca egerēda. ꝛ ēt q: multotiēs materia virulenta egreditur a tali vlcere ꝛ figitur in extremitate intestini recti

ꝛ cāt talē appetitū ꝛ b no. Si cā isti⁹ flux⁹ fuerit colerica vel flegmatica salsa curatur cū clisteribus lauatiuis vt cū aqua ordei zucharo ꝛ duobus vitellis ouorum in cali. in fri. cū melle ro. aqua lactis brodio cicerum ꝛc̄. Si cā fuerit apā debemus curare ꝑm modū apatis. s. cū clisteribus mollificantib⁹. Uel ēt si cā sit fex sicca curetur cum mollificantibus p supius ꝛ per inferi⁹ vt supra dictū est in cura colerice. vulgares accipiunt tabulā paruā ligni fortis vtputa nucis ꝛ calefaciunt ꝛ cum illa actuali caliditate apponūt ano ꝛ aliquādo inungūt ipsum sepo hircino qꝛ per calefactōez illam si est pp fri. vel ventositatē remouetur. Si vero sit ventositas practici faciunt sacculos ex camomilla vel ex floribus tassi barbassi. mirabilē. n. habet proprietatē in tenasmone vel faciunt ista bullire cū vino ꝛ exprimūt ꝛ postea cū actuali cali. ponūt supra ventrem. Quādo aūt superfluit fluxus ꝛ timemus defectionez virtutis debemus ipsum restringere ꝛ vtimur emplastro diafenicomis qd̄ d̄scribit Mesue sicut supra dictū ē. Suppositoriū ēt d̄litio multū ꝯfert. hoc tamē est in intentōe stupefactiōis ꝛ describitur a Rasi ꝛ sicut supra dictū est administratur cuz filo appenso vt possimus ad placitū remouere ne pp nimiaz morā eius somnus nimis ꝓfundaret ꝛ sic eēt periculū de morte infirmi. ꝛ iō hoc fit vltimuz remediuz. Per supi⁹ administrātur tro. de opio ꝯfectio d̄ storace vt dictū est supra. vsualis ē athanasia Nicolai a. ʒ. j. vsqꝫ ad. ℈. iiij. Si aūt proueniat a repl'one tūc est bonus ꝛ nō oꝫ restringi. Si a debilitate contētiue est tunc cōfortanda cū pulueribus suprascriptis. Si vero a liquefactiōe tūc debet illa caliditas remoueri quare ꝛc̄.

Cura fluxus epatici diuersificaẗ ẞm diuersitaté causaꝝ ⁊ ideo opꝫ bene cóſiderare cám illius ⁊ qꝛ talis fluxus epaticꝰ depédet ex ſpálibus cauſis epat] ió auctores breuiter tractant.⁊ iſta cā aſſignaẗ a Nicolo.alia cá a Cóciliatore dĩa.xxij.aſſignaẗ qꝛ ipſi paruꝫ vel nihil ſperāt de cura ⁊ ibi allegat Gal.quinto de interiori b us q dicit ꝙ multi mortui ſunt pp deffectũ curatiuũ ⁊ ꝙ aliqñ mā̃ profluit ad inteſtina ⁊ vlcerat.⁊ ipſi habebāt oculũ ad ſolaꝫ vlceratóeꝫ ⁊ nó attèdebāt ad ep ⁊ retinebāt mās.opꝫ ergo cóſiderare cām ⁊ abſcindere.ꝑpterea dicit Aui.oꝫ ergo vt redeas ⁊ cures apa ⁊ oppilatóes ⁊ alias cauſas.cũ.n.feceris hoc iam curaſti. Prima ergo ſpés fluxus epatici eſt chiloſus fluxus qui ꝑt ꝑuenire ex debilitate attratiue a fri.cā vl' propter oppilationé epatis.⁊ in cura iſtius tres intétióes ſunt obſeruāde.pría eſt digeſtio. ſcda euõ.tertia remotio male cóplexióis ⁊ epatis cóſortatio.

¶ Pro pría intentóe cõueniũt ſiru.de duabus radi. de qnqꝫ radi.cũ aqs appropriatis vt feni.abſin.cuſcute apij praſſij q̃ oés ſunt aperitiue. ⁊ ét digeramꝰ humoré flegmaticũ optimus.eſt ſiru.de cicorea quia Nicolo deſcribiẗ pro diuitibꝰ.in cā aũt cali.poſſumꝰ refrangere dictos ſiru.cũ ſiru.de endi.cũ ſiru.roſ.cuꝫ aquis endiuie cicoree ⁊ alijs.

¶ Secũda intentio eſt euõ in qua opꝫ cauere ne euacuemus cũ rebus nocétibus epati ideo vti debemus renbar.in infuſioue.Ité cũ agarico qui vꝫ ad oppillationes ſaltem cũ reubar.fiat.

¶ Tertia intentio eſt remotio male cóplexionis epatis que cópleẗ cũ tro.cóſectóibus ⁊ electuarijs vt cũ tro.de lacca cũ tro.de reubar.el'm ét diacalamétũ có

uenit dando a.ʒ.j.vsq3 ad.ʒ.ij.ꝯuenit et diacurcuma dialacca.ꝛ noli semp ꝓcedere cu3 vno remedio iuxta snia3 Aui.quarta primi caplo pmo. In cronicis egritudinibus ꝛc̃.sed in vna hebdomoda cũ.ʒ.j.vel.j.ß. vel.ij.de dialacca alia cũ sirupis alia cũ tro.ꝛ caue ne cõstringas fluxũ saltẽ a principio ꝛ hec est cura fluxꝯ chilosi.Nota et ꝙ dicit Aui.Multotiẽs linit insipiẽs epar in hac ascellatiõe cũ inspissantibꝯ sanguinem ꝛ exunguẽtibus epar per hoc ꝙ sunt frigi.ꝛ in hoc est mors. Si vero fuerit cã debilitas epatis recurre ad curam debilitatis epatis.op3 eni3 vt vigoretur epar maxime in fluxu lotiuo.ꝛ caue ne perducas epar ad augumentũ cause ideo op3 ꝯsiderare eam q2 si debilitas epatis sit a cã frigi.cu3 cali.procedimꝯ ꝛ eꝯ.quia ergo vt solu3 est frigiditas ideo procedimus cũ cali. ꝛ laudat Aui.pistachia.i.fisticos.Rosa anglica cauat ꝛ ponit vnũ electuariũ qđ ipse apellat đ cubebe qđ ẽ singularissimu3 cuius laudes ab eo vide ꝛ cũ eo possumus administrare aliqd de reubar.Inter alia autẽ que epati conferunt est epar adip siue lupi dando in mane coleariu3 vnum.optime etiã sunt passule multum enim cõmendantur ab Aui.vt in capitulo de rebus conueniẽtibus epati.ꝛ in capitulo de cura male cõplexionis cali.ꝛ frigi.epatis.ꝛ in capitulo de debilitate epatis.ꝛ in capitulo presenti dicit.Et iã laudate sunt passe pingues in hoc caplo ita vt quidã estimauerunt ꝙ ipse sanant fluxum lotiuu3 difficilem ꝛ nos quidem iam experti sumus illud ꝛ debent passe in frigi.esse dulces ꝛ pingues.in cal.vero acetose.cõmendatur etiam spodiũ ꝓm cõmune dictum.gaudet epar spodio.ꝛ si vis stipticare da passas cum armillis ꝛ granis ad intra cõtentis.ꝛ si non vis stipticare

da sine illis et dentur coclearia duo ante cibum. accipiantur etiam passe bene pistate et cribellate cum sedatio deinde cōficiant cum zucharo et si vis potes ponere de spodio vel de aliis epati appropriatis et fac cōfectionem vel electuariū valet enim multum ppter hoc q penetrat melius ad epar et hoc. nota. singularissimū etiā est electuariū hoc qd sic a me describitur ℞. diacurcume passularū añ. ℥. j. reub. epatis adip añ. ʒ. j. et si vis contemperare cali. addas spodij. ʒ. ß. cum siru. de bisan. et fiat el'm. vz ēt epatica herba q̄ nascit in puteis et locis aquosis. optimū ēt est reu. nam bonū est exhibere in qualibet hebdomoda. ʒ. j. et Giringellus dabat oi die. ℈. j. de quo loquit Nicolus de mēte Gerardi. absintiū siir optimū est vt ex administratōe eius in cibo et potu multū rectificatur epar. singularissimum est etiam electuarium de vino descriptum ab Auicē. supra de mente Gal. et cum isto illustrissimus dux barri qui passus est hunc fluxum per dimidium annum curatus fuit et maxime valet in causa frigi. in causa vero cali. admiscem⁹ cum eo spodiū species diarodon abbat/ tro. de spodio species triasandalorum et similia. etiā siru. d absintio in causa frigida multū valet. sirupis vero de cicorea Nicoli vel Gulielmi placentini in causa cali. est bonus vbi sit fluxus aquosus. similiter valent predicta et stat intentio cōfortandi cum cali. Si vero sit fluxus colericus detur siru. de endiuia de bisantijs cum aqua endiuie cicoree tro. d spodio cū seie aceto. diarodon ab. vl' d' scriptōe cōi et triasandali. Si fuerit sanguine⁹ dimittat. vbi sit flux⁹ virulent⁹ remittat cal. epis cū fri. imediate dictis et epithimatibus. vbi sit diuersop colop vigora omnes v̄tutes epatis cum his q̄ dicta sunt in

caplo debilitatis epis cũ cinamomo 7c. Si cã sit fri. cũ melle ro. vbi aũt sit saniosus absterge cũ aqua lactis cũ aqua ordei cũ zucharo cũ aq̃ cicer ru. 7 aliis q̃ gb⁹ dictũ ẽ supra postea ↄsolida cũ reb⁹ sup̃dict] 7c.

De cura fluxus cibalis.

In cura fluxus cibalis tres intẽtiões sunt obseruande. prima est abscisio cãe. secunda est mũdificatio intestinoꝝ 7 stomachi. tertia est remotio male complexiõis 7 stomachi confortatio.

In prima intentione procedimus a principio abscidendo causam. Si cã sit nimia quãtitas cibi sumãt paucã quãtitatẽ. Si võ cã sit ciboꝝ corruptibilitas q2 s. comederit cibos malos 7 facile putrescibiles illos dimittat 7 bonos capiat. Si vero causa sit oleaginea 7 vnctuosa sumat stiptica.

Secunda intentio est mundificatio stomachi 7 intestinorum. Si eiꝫ illud qđ corruptũ est in intestinis cõtinetur leniemus ventrẽ cum clisteribus lenitiuis vt cum lib. j. decoctõis cõis cũ. ℥. j. cassie 7. ℥. s. pulueris zuchari. Si vera materia in stomacho cõtineat dabimus cassie electe. ℥. j. vel. ʒ. x. vel manne electe ℥. ij. vel pillularũ elesanginaꝝ. ℈. iij. vel hiere sim. Gal. ℥. j.

Tertia intentio est remotio male impressionis facte a corruptiõe ciboꝝ 7 cõfortatio stomachi vt verbigratia. Siquis comederit cucumeres cum aceto 7 gresta p̃paratos ex quoꝝ comestiõe impressa fuerit mala complexio fri. illaꝫ eiꝫ remouebimus cum inunctione olei de absintio de spica cum vnguento stomatico.

macho,etiam fomentando cum absin. galanga squi/
nanto ꝛ capiendo alias res stipticas ꝛ bulliendo cũ
vino rubeo stiptico ꝛ euaporare cũ spõgia postea da
re sirupos de menta de absinthio aromaticũ ro. dia/
galanga diaciminũ ꝛ alia cõfortantia stomachu3 que
supra sepius numerata sunt. ibi ergo recurras si isto/
rum copiã vis ꝓm diuersa ingenia ꝛc.

¶ De cura fluxus ex dispositiõe aeris.

Similiter in ista cura tres intẽtiões obser/
uantur. prima est abscisio cãe. scđa est eua
cuatio. tertia cõfortatio mẽbrox laxox.
¶ In pꝛĩa intẽtõe que ẽ abscisio cãe si ꝓ/
ueniat fluxus ex forti fri. aeris op3 ponere infirmu3
in loco cal. ꝛc. de aliis rebus non naturalibus semꝑ
contrariando cause vt etiam si ex cali. vel humi. fiat
contrarium.
¶ Secũda intẽtio est euacuatio si aliquid de materia
in stomacho cõtinetur que iam sit fluxa op3 ipsa3 eua
cuare: ꝛ de hoc dictũ est supra puta de his que cõue/
niunt ad hanc intentionẽ sicut est hiera sm. Gal.
¶ Tertia intentio est membrorum que sunt laxa con
fortatio vt confortare cum stip. ꝓm diuersitate3 male
complexionis videlicet cum vnctionibus vt cũ oleo
de absinthio de menta de mastice ꝛ cum confectioni/
bus sicut in fluxu cibali dictum est quare ꝛc.

¶ De cura difficultatis vrine.

Ex dictis Rasis ꝛ Auicen. cura difficulta/
tis vrine reducitur ad duas generales in/

tentiones seruato tñ prius debito regimine ꝑꝫ varie tatẽ cause. Prima intẽtio ẽ abscisio cãe diuersitatis: Secunda est ꝓuocatio vrine.

¶ Prima intentio sic cõplebit̃ q2 primo cõtrariabimus cãm ꝛ in eius abscisiõe studebimus vt si fuerit mala cõplexio frigi. vesice tunc oportebit eã calefacere ꝛ sic regimẽ primo erit calefactiuũ. et facere clisteria calefaciẽtia ꝛ inunctiones calefacientes sicut postea dicet̃. Si ab oppilatiõe colli vesice opꝫ cãm considerare. Si enim fuerit a p̃a curabimus ipsum a p̃a cura a p̃atum sicut dicetur. Si causa fuerit materia lapidea hec dicet̃ in cura lapidis q2 opꝫ cõminuere lapidem ꝛ frangere. ponit tamẽ in hoc casu vnũ remedium Rasis ꝙ si non possumus cõminuere tunc debemus facere vt infirmus supinus iaceat ꝛ euꝫ conquassare ꝛ diuersis modis pedes ĩfirmi leuare in altum donec lapis a via vrine remoueat̃. Si autem lapis sit in collo vesice ꝛ nullo modo possit remoueri tunc debemus facere vt infirmus capiat siringaꝫ auream vel argenteam ꝛ intromittat in vesicã ad expellendum lapidem. vel accipiat candelam cereaꝫ oleo intinctam vt melius per viam flectatur ꝛ faciat sicut vt supra ꝛ hoc est singulare remedium. Si vero causa fuerit oppilatio facta a materia saniosa vel flegmatica vel sanguis coagulatõe tunc stat intentio in subtiliando talem materiã: ꝛ in hoc conueniunt sirupi aperitiui ꝛ subtiliatiui sicut est sirupus de duabus radicibus ꝛ de quinq3 radicibus de eupatorio cũ aq̃s appropriatis vt feniculi apij. etiam confectiones valent vt diacurcuma dialacca iustiñ. ꝛ etiã tiriaca mitridatum cum modico vini. Si vero causa est ex parte renum remoueatur mala dispositio renum. Si ꝑ

pter apostema curetur cura apostematis diuersifican do remedia sm ipsorum diuersitatem. Si vero causa sit ex pte epis curet mala dispositio epis.

¶ Secunda intentio vertitur ad eductionem vrine nam dato q causa sit abscisa oportet tamen vrinam prouocare primo incipiendo a leuioribus vt leuiter comprimendo vesicā. & si hoc non sufficit fiat suppo sitorium cum sale ibabarzet vel salgēma in ano. & hoc quia lacerti ani multum cōmunicant cuz lacertis col li vesice. capiatur etiaz pediculus & ponatur in extre/ mitate virge: motu enim suo irritabit virtutez expul siuam. etiam frustuz cepi & allei irritant enim valde. fiat etiam leuis fricatio cum vngue in collo vesice p/ pe anuz. sed si hec non sufficiāt tandē deuenire opor tet ad diuretica. Et horum quedam administrantur per superius quedam per inferius. Per inferius ve ro quedam ab intra quedaz ab extra. Ab extra vt in/ unctio pectinis cum oleo scorpionum cum oleo de lilio. calefaciunt enim & dissoluunt & relaxant. etiam fomentationes facte ex paritaria sola quia talem vir tutez habet. vel ponere senationis idest cresonis cuz dictis oleis frixando in sartagine deinde per se vel ad intra pectā pectini apponere. calefaciamus etiam tegulam vel ferreaz laminam & spargamus supra vi/ num calefactum superponendo herbas humidas & ponamus supra femur. zirbus etiam adipinus cum sua actuali caliditate positus supra ventrem multū valet. Nicolus florentinus recitat se habuisse a fide digno. fit etiam fomentatio ex rebus magis calidis videlicet cum abrotano calamento mentastro saui/ na fomentando cum spongia. Sz si ista non sufficiāt oportet deuenire ad balneum faciendo decoctionez

ex rebus supradictis et ponendo egrum ad sedendum addendo etiam de provocatiuis vrine. Ad intra vero per interius conueniunt clisteria et inunctoes ipositiones per seringam. facimus. n. clisteria ex decoctione ex qua facimus fomentationem vt accipiedo hierapigram vel bndictam simplicem cassiam puluerem zuchari cum oleo scorpionum vel de lilio et facimus enema vel p siringam oleum scorpionum vel de lilio distillando vel et oleum de ruta vel de spica. Per supius vero conueniunt vt sirupus de duab' radicib' vel de qnqz radicib': et de eupatorio cum aqs feniculi sparagi. decoctio etiam qnqz radi cum. s. feniculi bruschi sparagi apij petrosilij etc. decoctio etiam senationum: vt dicit Nico. multum vz. et etiam de ipsis decoctis comedere de quo ipse historiam recitat quam tu vide. decoctio etiam iuniperi singularissime laudat que tantum provocat qd facit sanguinem mingere sm Diascoridem. decoctio et sauine vz sup oia. etiam Nico. singularissime comedat corticem oui a quo pullus est egressus exhibedo. z. j. corticis bn depurate a pellicula sua. Et ego dedi dne Marie de taconibus et emisit. xij. vitrea vrina plena. est. n. hoc singularissimum remedium. et rubea tinctor vz. simil'r cantarides amotis capitib' et alijs sed sunt timorose: participant enim venenositate de qbus qdam scholaris illudens accepit et mortu' est. Gerardus multum laudat hmoi cantarides et coponit hoc mo receptam in qua ingrediunt. ℞. spice. z. s. cantaridarum. ℈. iiij. coterantur et decoquant cum decoctoe apij vel feniculi vel cum aqua cicerum ru. aqua et rafani multum ab Auice. laudat. De copositis sunt confectioes vt dialacca diacurcuma iustinianum cofectio de cineribus scorpionum dando vsqz ad. z. j. s. cum aquis appropriatis. ista enim sunt vsua/

lia. Si pueniat a coagulatiōe sanguinis vʒ exhibēdo in forma sirupi oximel. s. oximel cōpositū oximel sq/ liticum qđ est fortius vel coagulum leporis ꝛc̄.

De cura lapidis renum.

Cura lapidis distinguit̄ ſʒ diuersitatē loci. Alia eiʒ est cura lapidis renū alia vesice. Primo igit̄ dicetur cura lapidis renuʒ q̄ duplici indiget regimie. s. preseruatiuo ꝛ curatiuo. Preseruatiuū regimē debet̄ corporib⁹ que sunt parata cadere in hanc egritudinē. Curatiuū vero debet̄ corporib⁹ actualr̄ egrotātib⁹. Regimē preseruatiuū cōsistit in quattuor fundamētis. Primū est prohibitio multiplicatōis humoris flegmatici. ꝛ hoc qꝛ mā flegmatica est cā lapidis seu mā ipsius. Scōm vero est ꝙ si generet̄ talis mā diuertam⁹ ne fluat ad renes sed versus intestina. Tertiū est ꝙ si aliquid ad renes trāsierit ꝓhibere ne in renib⁹ figat̄ ꝛ retineat̄ ne possit lapideari. Quartū est remouē seu remittere cali. renū que est cā effectiua lapidis.

Quantū ad primū fundamentū oʒ ꝙ infirmus in regimie cibi taliter se regat vt vitet oīa cibaria grosse substātie fri. ꝛ viscosa. vnde vitet̄ caseus maxie recens ꝛ lacticinia oīa ꝛ cibaria de pasta azima partes pingues aīalium ꝛ extremitates ipsoruʒ ꝛ intestina. carnes ēt auiuʒ aquaticaꝝ nimia ēt comestio ꝛ abundās ſʒ dimittat comestionē cum reliquijs famis ꝛ comedat cibaria optimuʒ sanguinē generantia.

Quantū ad scōm fundamentū si multiplicet̄ materia flegmatica debemus eam diuertere ad vias intestinoꝝ. ꝛ in hoc casu iubent practici alternis die/

bus vel bis in hebdomoda fieri clisteria lenitiua vt na tura assuescat has materias ad intestina trasmittere. etiaꝫ semel in hebdomoda est bonū sumere boluꝫ cas sie: ℥. ʒ.j. Quidaꝫ habēt pro singlari remedio cass. fistulatuꝫ qđ vocatur diacassia. accipiunt enim cassiā cum zucharo ⁊ cuꝫ decoctione ligritie ⁊ semis alche/ chengi exhibendo semel vel bis in hebdomoda. tꝫ eniꝫ ven. lubricū. Quidaꝫ etiā habent pro singulari remedio terbentinā dando ab. ʒ.ß. vsqꝫ ad. ʒ.j. qdā eniꝫ soluūtur a tali dosi ⁊ qdaꝫ nō. Juuamentuꝫ aūt eius est maximū lenit eniꝫ ven. mūdificat renes ⁊ ve sicam: est qdeꝫ singularissimū ⁊ expertuꝫ remedium. capit enim nebula ⁊ infundit in vino: deinde in illa inuoluit terbentina ⁊ sic sumit qꝛ est res viscosa: vel accipitur cum brodio galline: in illo enim liquefiat ⁊ sumat. Quidaꝫ vtunt pillulis quibusdaꝫ vt sunt pil lule elefangine dando pillulaꝫ vnam singula die vel alternis dieb⁹. ⁊ ita natura assuefit transmittere mās illas ad itestina. ⁊ hec sunt qb⁹ practici cōiter vtunt.

¶ Tertiū fundamentū ē vt si ꝯtingat ꝙ aliqd de mā flegmatica ad renes trāsmittat debemus ꝓhibere ne in lapidē ꝯuertat: debem⁹ ḡ dictā māꝫ a renib⁹ expel lere ⁊ in hꝰ ꝯueniūt diuretica vt brodiū ciceroꝝ rubeo rū. vt si hodie dam⁹ lenitiuū die sequenti exhibeam⁹ brodiū ciceroꝝ rub. ℥. ʒ.vj. vel. vij. vel. viij. multū eniꝫ abstergit renes ⁊ vesicā. Aliqui addūt de radice liquiritie qꝛ mirabilr mūdificat renes ⁊ vesicaꝫ vt di cit Auic. in caplo de oppilatiōe renū. ⁊ si ponitur de zucharo magis cōuenit. ius etiaꝫ galli decrepiti. ius etiā carniū cum zuzharo multū ℥. etiam aqua lactis caprini exhibēdo. ʒ.vj. post lenitionē. est eniꝫ multū abstersiua. etiā decoctio paritarie multuꝫ facit in ꝓuo/

catione vrine ꝛ succus eius vel aqua decoctiõis siue sublimationis eius.

¶Quartū fundamentū est remouere vel remittere calorē renum vt nō fiat induratio materie vel exiccatio. practici ergo cōiter singulo die faciunt inunctiones renum cum oleo violato cum oleo cucurbitino ꝛ nenufarino. Unguēta aūt ꝛ si sint fri. vt vnguētū sandalinu3 vnguentū galeni ꝛ vnguentū comitisse. practici tamen cōiter vitant qꝛ vltra fri. habēt virtutē stipticā3 ēt illa claudendo faciūt ad materie retentionē.

¶Regimē curatiuū debetur corporibus actualiter habentib⁹ dolorē. nam lapis per poros vritides trāsit ꝛ extendit; ꝛ dolorē causat descendendo. op3 ergo vt administremus ea que vrinam ꝓuocant ꝛ lapides expellunt atq3 frangūt, ꝛ q̄ sunt aperitiua venarū qꝛ facilius lapis descēdit. Auicē. oīa hec notat. Sed est cañ. aduertendus ꝙ cu3 illa que administranf ad frāgendum lapidē sint vtplm cal. ꝛ in stomacho īuenientia materias liquefaciēdo illas faciūt ad renes ꝑcipitare. debem⁹ ergo añ hoꝝ administratiōem exhibere bolu3 vnū cassie cū oleo amigdalaꝝ dul. vt vie lubrificentur ꝛ postea exhibere ea que frangunt lapidem. Hoꝝ aūt que frangunt lapide3 queda3 sunt que a ꝓprietate frangunt ipsu3: queda3 vero que a manifesta qualitate. Inter ea aūt q̄ valēt a manifesta qualitate est pulegiū. h3 eni3 virtutē diureticā ꝛ aperitiuam ꝛ dissoluit lapidē. est ēt calamentū origanū miliū folis saxifragia ēt multū v3. radix ēt graminis. ꝛ qdam hñt ꝑ magno secreto facē decoctōe3 ex radice gramīs. ēt amig. amare masticenf ꝛ cū vino al. declutianf. ēt nuclei cerasoꝝ ꝛ psicoꝝ. radicis petrosi. spagi bruschi feniculi apȳ ciceꝝ ru. ꝺcoctio ēt mlτū v3. ēt aq̄ corticu3

fabaꝝ. Itē brodiū multe decoctiōis radicū maluaꝝ. De his aūt q̄ a ꝓprietate occulta valēt prīo laudat lapis iudaicus: ⁊ magis in lapide renum q̄ꝫ vesice: ⁊ pōt secure dari: q꞉ bonū sapoꝛē hꝫ ⁊ n̄ hoꝛridū. cinis ēt leporis multū valet: capiatur enīꝫ lepus ⁊ ponat in furno ⁊ ita exiccet vt puluerizari possit de quo pul uere exhibeatur. valet ēt vitrū ꝯbustū ponendo ip̄m ad ignem ⁊ extinguēdo eū in aqua saxifragie ⁊ septē vicibus ignire ⁊ septē extinguere. cōmēdatur ēt pul uis ossis calcanei leporis. puluis ēt lapidū qui repe riuntur in cancris. vꝫ puluis etiam lapiduꝫ limatia rum. ēt puluis ossiū mandibulaꝝ lutij vꝫ. ⁊ quidam medicus venetus habet hoc pro secreto nec ab alio auctore reperitur posituꝫ. isti. n. pulueres sunt in vsu ⁊ dantur cum vino albo vel aqua appropriata vl' bro dio. vꝫ etiā aqua apij rafani ⁊ mellilotí. vꝫ etiaꝫ cinis scorpionū ⁊ est multū fortis in frangendo lapidē. do sis eius est sexta ps. ʒ. j. idest. ℈. s. vꝫ ēt lapis spōgie ēt lapis qui exiuit ab hoīe puluerizatus multuꝫ fran git. s. renalis renalē vesicalis vesicalē: lꝫ Gal. x. d̄ sim plici medicina dicat hoc esse mendaciū. puluis etiam vermium terrestriū multum laudat. os hoīs humati puluerizatū ⁊ cū vino albo exhibituꝫ audiui mirabilr̄ ꝯferre dolori renali seu lapidis: ⁊ hoc vtebat quidaꝫ religiosus in seip̄o: habebat. n. os vnū ⁊ cū lima lima bat ⁊ de illa limatura cuꝫ vino albo sumebat ⁊ statim doloꝛ quietabat. laudat ēt ab Auic. cortex lauri si bi bat. frangit. n. sanguis hircinus. multū ēt laudatur. capiat. n. hircus quattuor annoꝝ ⁊ cibet pluribꝰ die bus cū herbis supradictis ꝓuocātibus vrinā ⁊ frāgē tibus lapidē ⁊ bibat ēt vinū maluaticū aromaticum ⁊ tpe Augusti decolet ⁊ colligat sanguis n̄ primꝰ in

igressu neq3 vltius sed medius: ⁊ hoc fit cū scutellis
multis colligēdo ⁊ primus ⁊ vltimus abiciat ⁊ medi
us colligatur ⁊ dimittat coagulari ⁊ in frusta incidat
⁊ sub diuo pastorali.i.in domo pastorali sub tecto vt
dicit Aui. exponitur, ⁊ ita exiccat ⁊ ponitur in alto: ne
a pulueribus tāgatur. ⁊ pro hoc videas Aui. ⁊ cōiter
datur de eo vsq3 ad quantitatē. ʒ. j. laudat etiam sup
oīa ab Aui. quedā auis que dicit cauda tremula que
exiccatur in furno ⁊ in puluerē redigatur. Composi-
ta autē qbus practici cōiter vtūtur sunt vt dādo Iu-
stinianū dscriptū a Nicolao dictū a Justiniano impa
tore patiente calculū ⁊ datur vsq3 ad. ʒ. j. vel. ij. ī ma
ne cū vino albo cal. vz etiā limptūtripon ēt dialacca.
electuariū descriptū a Nicolao efficacius est. ⁊ omnia
ista sumat ieiuno stomacho cū vino vel aquis appro-
priatis. electuariū ēt d cineribus scorpionū est singu
larissimū ⁊ tenet ꝯfectū Papie ⁊ fuit positū in prati-
ca a me. electuariū ēt ab Aui. descriptū qd oī manus
dei nō tenet confectū vz. ⁊ de istis damus a. ʒ. j. vsq3
ad. ʒ. j. s. Per inferius vero ꝯueniunt clisteria q2 rece
pta in itestinis appropinquāt renibus ⁊ illa clisteria
debemus facere cū rebus anodis. fit. n. decoctio mal
uarū pitarie camomille mellilloti fenugreci capil. ve-
neris cū notabili quātitate butiri vel pinguedinis
galline vel olei amigdalaꝝ dul. vel amararū. de deco
ctiōe pdictaꝝ herbaꝝ accipit lib. j. benedicte simpli
cis descripte a Nicolao. ℥. s. q valet in passionib9 re-
num cū. ℥. j. cass. ⁊ ēt. ℥. j. zuchari ⁊ cū. ℥. s. olei scor
pionum ⁊ fiat enema. ⁊ ēt quia ꝯiungitur aliquando
magna ventositas pōt addi de oleo anetino. pōt etiā
fieri clistere ex solo oleo oliuaꝝ ⁊ semine anisi. pōt ēt
fieri cū aliis carminatiuis vētositatis. aduertatur tñ

cañ. vt nõ pertranseamus lib. j. ne nimis cõprimatur renes ⁊ dolor augeat ⁊ fiat sepius huiusmodi cliste ria. Per exterius ét cõuenit facere inunctiões vt. ℞. olei amigdalarum dul. pinguedis galline olei ð amigdalis amaris ⁊ olei scorpionum añ. ℥. ss. valet ét inunctio ex solo butiro. ét de isopo humida. emplastrũ etiá ex decoctiõe predicta vel ex radice altee pitarie ⁊c. cum farina seminis lini fenugreci cum butiro ⁊ oleo scorpionum vel amigdalarum dul. multũ valet. ét facere fomentationes cũ camomilla altea melliloto paritaria malua ⁊ aliis predictis ⁊ cũ spongia vel vesica apponere loco dolenti sed vesica est excellentior. Per superius exhibeantur ea que habeát huiusmodi intentiões vt brodia pinguia. laudat ét Avi. vná ðcoctionem vz. ℞. decoctionis malue campestris vel altee ℥. viij. butiri. ℥. j. mell' colati. ℥. j. ss. misce. ⁊ de istis det frequéter ⁊ abundáter. ⁊ de istis possumus exhibere vsqz ad. ʒ. xx. ⁊ é singularissima ⁊ expta. valet ét ad frágédũ lapidé iste puluis. ℞. aristologie lóge alchechégi radicis saxifragie añ. ℈. j. ⁊ det. ʒ. j. cũ vio albo. Pro stomacho aũt si é ðbilitata. digestiua vt aliqñ accidit i ista egritudie. ℞. olei spice absin. ⁊ méte añ. ℥. ss. gar. macis cinamomi cardamomi ros. corallorum galliemuscate añ. ℈. j. cũ modico cere fiat vnguétuz ⁊ stõ apponat. In primis ét qñ occurrimus infirmo post lenitioné cũ cassia cõueniũt sirupi vt. ℞. oximell' s. ℥. j. sir. aceto. cõpositi. ℥. ss. cũ aqͣ betóice vl' saxifragie decoctionis ét saxifragie liqritie granorum iunipi ⁊ milij solis fiat siru. ét sirup⁹ cõposit⁹ de radicibus de eupatorio admiscédo aliqd de siru. vio. vl' de liqritia ad remouédũ eorum ṽtualé siccitaté ét siru. ð bisantij s cũ aceto ⁊ aqs appropriatis vt saxifragie.

Cura lapidis vesice ē eadē cū cura lapidis renū nisi ꝙ fortiora ꝯueniūt i lapide vesice ꝙ̄ i lapide renū. tū qꝛ via ē lōgioꝛ ⁊ lapis durioꝛ. sed quādo lapis ē induratus nihil ē melius ꝙ̄ incisio q̄ nō dꝫ fieri in cōmissura sꝫ aliter in collo vesice ⁊ nō in corpe vesice. postea extrahatur lapis ⁊ nō pmittat ꝙ mā egrediat p illud foramē. postea debemus incarnare cū incarnātibus ⁊ ꝯsolidantibus. Pro cura autem apostematis renū ⁊ vesice vide Rasim ⁊ Aui. ⁊c̄.

De cura ardoris vrine.

Pro cura ardoris vrine due generales itētiones sunt obseruāde. Pria vertit ad cāꝫ ardoris. Scda ad ipm ardorē auferēduꝫ. ⁊ h cū his q̄ remittūt ardorē ipius vrine ⁊ remittūt sensuꝫ loci. iō opꝫ prio ꝯsiderare cām. Si. n. sit ex pte mäe colerice admixte ipi vrie pro cura eius sunt quattuor intētiones obseruāde. prima ē debitū regimē. secūda digō. tertia euō. quarta diuersio.

Pria itētio q̄ ē debiti regimis admistratio ꝯplet p īfri. qꝛ mā vt pꝫ ē cali. opꝫ g̃ vt patiēs abstineat se a cibarijs calidis amaris ⁊ acutis. sifregedi tapheos. i. cibaria cū rebus fri. admistrent. laudant g̃ herbe infrigi. vt lactuca portulaca cicorea endiuia ⁊ alie herbe in frigi. laudantur ēt malue ⁊ spinachia qꝛ sunt lenitiue ⁊ lubrificatiue. pultes ēt ex ordeo ⁊ sunt quidaꝫ q ex solo vsu malue liberati sunt. bleta ēt ꝯuenit. aqua etiā zuchari cum iulep vꝫ.

Secūda intētio ē digō mäe colerice q̄ fit cū sirupo violato de endiuia ⁊c̄. Et nota ꝙ sirupus acetosus ē vitandus q uia vlcerat.

¶ Tertia intentio est euo que nõ dꝫ fieri cũ medici-
na scamoneata sed cũ mãna cassia vel mirabolanis ci
trinis vel in infusione.
¶ Quarta intentio est diuersio hũoris colerici a vijs
vrine ⁊ iõ singulis quattuor vel quinqꝫ diebus ðbe-
mus dare cassiaꝫ vel elm ex cassia ⁊ cũ zucaro exhibẽ
do ptes eq̃les ⁊ dissoluẽdo cũ decoctiõe appropria-
ta vt q̃ttuor seminũ cõiuꝫ ẽt sebesten alchechengi ⁊
est singulare qꝛ ꝯplectiť duas intentões.s.diuerien-
di a vijs vrine ⁊ infrigi.dãdo singulo die vł alternis
diebus duo coclearia vt nã assuefiat transmittere ad
vias intestinoꝝ.aqua ẽt lactꝭ caprini est singularissi-
ma vt nã diuertat ⁊ trãsmittat supfluitatẽ colericam
ad intestina de qua detur semel vel bis in hebdomo
da.⁊ lac caprinuꝫ euacuat mãs barauchias vel nitro-
sas.⁊ ẽt qꝛ lac ẽ multiplicatiuũ vrine. ⁊ ita pp multã
quãtitatẽ vrine colera pmixta nõ tm̃ pungit vt dicit
Aui.Et qñ nõ sunt vlcera melius est ꝓuocatio vrine
pro cuius varia expositiõe vide Cõciliatoreꝫ vtrum
diuretica cõferant ardori vrine.⁊ magister Jo.mat-
theus gradi de mente Nicoli nõ vult ꝙ cõferãt diu-
retica.laudanť ẽt clisteria que participãt duplici vir-
tute.s.lenitiua ⁊ remissiua accuitatꝭ vrĩe.⁊ talia fiũt
ex decoctõe maluaꝝ violarũ matrũ violaꝝ nenufaris
folioꝝ salicis añ.M.j.cassie.ʒ.j.ʒo.ʒ.j.olei violati
ʒ.ij.Si aũt fuerit mã flegmatica salsa dꝫ euacuari cũ
rebus sibi appropriatis vt cũ terbẽtina que indistan
ter diuertit a vijs vrine ⁊ remittit acuitatem cũ qua
mulierẽ quãdaꝫ que longo tpe passa fuit hanc egritu
dinẽ ⁊ cũ solo hoc remedio mirabiliter curata fuit la-
uando dictã terbẽtinã cũ aqua oliuaruꝫ ⁊ endiuie vt
acuitas remittať ⁊ est singularissima in hac egritudi-

ne sicut absintium est singularissimũ in mala dispōne
fri. epis vel prasiũ. ēt faciēdo aquā ꝛ cum hoc curaui
quādā mulierē que ꝑ multos annos passa fuerat hy/
dropisim. s. cuȝ sola cōmestione absintij diuersis mo/
dis exhibiti. oȝ ergo ꝙ primum possumꝰ diuertamꝰ
dictaȝ mām a vijs vrine ne antiqueẜ ista egritudo ꝛ
ne nā assuefiat transmittere has mās ad renes ꝛ vesi
cam. ꝛ iō illa terbētina facit ad diuertēduȝ ꝑ secessuȝ
ꝛ ēt remittit acuitate vrine qñ transit ꝑ viam illā. Si
vero sit ab excoriatione existente in mēbris vrine vȝ
in vesica vel in poris vritidibus cura eius est cōsoli/
datio. ꝛ in hoc casu cōuenit dare boli ar. ʒ. j. vel dare
tro. de terra sigillata ꝺ carabe cũ aq̄ solatri vel plan.
Si vero causa sit vlcus due requiruntẜ intentiones.
Prima est abstersio vt cum aqua zuchari aqua deco/
ctionis seminũ frig. ꝛ aqua lactis asinini vel caprini.
Secunda intentio est consolidatio. cuȝ eniȝ amplius
non egreditur sanies sed sanguis indigemus conso
lidatione vt cũ tro. de carabe ꝛ alijs supradictis. Si
vero ardor ꝓueniat ob effectũ humiditatis tegentis
vesicā tunc oportet administrare cibaria viscosa ꝛ ci
baria de pasta vt lagana ꝛ similia vt tegāt vesicā ꝛc̄.
Secūda intētio principalis est remissio ardoris vrīe
que multotiēs dȝ a principio poni in opus practicũ.
aliqñ. n. est ita intēsus dolor vt patiēs nunꝙ̄ possit
qescere: remoueẜ aũt cũ his q̄ infri. ꝛ remittũt acuita
tem vrine ꝛ cũ his q̄ hebetāt ꝛ remittũt sensuȝ vesice
ꝛ aliaꝝ viaꝝ ne talis ardor sentiaẜ. Istoꝝ aũt quedā
ꝑ supius q̄dā ꝑ inferiꝰ administranẜ. Per supius cō
ueniũt siru. infri. ꝛ humectatiui vt siru. vio. cũ aqua
lactuce portulace solatri ꝛ endiuie. Si fortiꝰ volumꝰ
exhibemus sirupũ de papauere simul cuȝ vio. ꝛ cum

Absintiū in hidropisi

Tro: de carabe

decoctõe feminũ cõium fri.vbigra. ℞.firu.vio.ʒ.j. firupi de papauere.ʒ.s.cũ decoctiõe prunoꝝ tamarindoꝝ febeſten ſimul miſcẽdo cũ ſirupo q̃tũ ſufficit puta.ʒ.iij.⁊ ẽt ꝯfectões.ſ.vt zuchaꝝ vio.roſa.⁊ de p̃dictis ſiru.demus vnũ in mane ⁊ vnũ in ſero.Pului ſingulariſſime deſcript⁹ in lra a Raſi vʒ.ſ.ſemi nis iuſqami ⁊ papaueris al.ʒ.j.cũ aqs lactuce ⁊ portulace in mane exhibeat.Si fortiora volumus ſunt tro.de alchachengi deſcripti a Meſue ⁊ eſt ſingulare remediũ dando de eis.ʒ.j hñt.n.virtutẽ ſtupefactiuaʒ ⁊ diureticã ⁊ multũ valẽt in remiſſione acuitatis vrine.Per inferi⁹ valẽt cliſteria ex decoctõe maluaꝝ vio.matrũ vio.⁊c̃.cũ caſſia ⁊ zucaro ⁊ oleo vio.exhibendo oĩ die duo coclearia vnũ in mane ⁊ vnũ in ſero.Ualẽt ẽt ea q̃ p ſiringã in veſicã imitunt de quib⁹ ſingulariſſima ſunt vt lac hũanũ caprinũ ⁊ ouinũ qꝛ tale lac miſcet cũ vrina ⁊ ſua humiditate obtũdit vrine acuitatẽ.ſingulare ẽt eſt albumen oui cõquaſſatũ donec tota viſcoſitas ſit remota ⁊ de tali mittimus in v̄gã vel miſcem⁹ cũ decoctõe papaueris vel cũ lacte. mucilago ẽt pſilij eſt ſingulariſſima infundẽdo in aq̄ fri.p ſex horas deſeſe pſilij poſtea ex tali pſilio emanat q̃dã hũiditas viſcoſa q̃ mucilago appellat:eſt.n. ſingularis in ſedatõe oĩs doloris acuti.vʒ ẽt mirabiliter in maximo dolore hemoroidaꝝ de qua maximã experientiã fateor habuiſſe. ẽt in dolore podagrico multũ vʒ a cã cali.vt exptus ſuʒ.Si ergo talis humiditas ſiue mucilago in v̄gã p ſiringã imittat prodeſt multũ.Si forti⁹ volum⁹ poſſum⁹ imittere tria vel q̃tuor grana cãphore.⁊ ſi adhuc forti⁹ vnũ granũ opij vel.℈.j.alchechengi diſſoluti in aq̄ papaueris accipiat ⁊ imponat.tenere ẽt v̄gaʒ in lacte vel decoctiõe

Mucillago psilij ad dolores hemoroidarum et podagricorum

Aqua in qua decocta fuerit radix a … prodest strangurio… qui vrinã faciunt cũ dolore

papaueris albi. vз inũgere ẽt sumen cũ oleo de salicibus violato de nenufare ponẽdo in istis aliquãtulũз cãphore. balnea ẽt ex decoctõe foliorũз salicis vitis maluaꝝ violaꝝ matrũ violaꝝ ordei ⁊ cũ vesicis hac decoctiõe plenis vaporare sumen vel balneare multum valet quare ⁊c.

Cura mictus sanguinis vel saniei.

Aliquãdo mictus sanguinis fit pp nimiaз repletionẽ san. ⁊ ex defectu supiorũз cũз nã querit se exonerare. aliqñ pp aquositatẽ ipsius sanguĩs. aliqñ pp colericitatẽ. aliqñ pp putrefactiõeз ipsius san. vt ĩ sinocha. aliqñ pp malã dispõneз epatis pp defectũ digestiue ⁊ seqstratiue eius. aliqñ accidit ex defectu mẽbrorũ vrinalium. Mictus ẽt saniei põt ꝯtingere ex pte supiorũз ⁊ ĩferioꝝ aut pp rupturã vene. Si a supfluitate ꝓueniat nõ ẽ restringẽdus nisi supfluat. ⁊ si p viã crisis ẽt nõ ẽ restringẽdus nisi supfluat. Si võ a mala dispõe epis vt debilitate seqstratiue ꝓueniat tũc rectificãdũ est ep. Si võ a debilitate seqstratiue renũ tũc oз curare renes ⁊ restringẽ sang. cũ inũctionibꝰ stip. vз cum oleo mirtino ros. de citoniis. Itẽ cũ stipticis faciẽdo decoctões cũ aq̃ ros. plan. aq̃ calibeata seu ferrata. ẽt cum. d. balaustiaꝝ gallaꝝ hipoqstidos. vnguẽta etiã ꝯueniũt vt vnguẽtũ de anthera. i. ꝺ semĩe rosaꝝ. vnguẽtũ Gal. sandalinũ cõitisse. Per interius silr exhibẽdo ea q̃ hñt virtutẽ stip. vt est siru. rosa. mirtinꝰ ꝺ cito. cũ aqua solatri plan. lactuce ⁊ ros. ẽt cõfert dare boli ar. ʒ. i. cũ ꝑdictis siru. trocisci etiam de charabe de terra sigil. ꝺ spodio cũ se. ace. descripti a Rasi multũз valẽt. ⁊ ĩter ceterta ꝯfortãdo renes Aui. põit vnũ

singulare remediū.s.lac ouinū.⁊ dicit ꝙ non habꝫ si bi simile in cōfortando renes. ⁊ ita practici dant de isto lacte ouino ad quātitatē.℥.iiij.vel.vj.stomacho vacuo ⁊ miscent.ʒ.j.boliarmeni.⁊ hoc expert⁹ sum. Est tamen ꝓcipiendū ne post assumptionē lactis dormiat nec exercitet. Si vero fiat ab excoriatōe ꝓpter incessum lapilloꝝ a natura cōsolidat ⁊ rectificat ⁊ de isto nō multū curamus. Si tamē videremus ꝙ sanguinis mictus cōtinuaret tunc fiat intentio soli⁹ cōsolidationis: ⁊ in hoc casu damus trociscos de charabe cum aqua plan.⁊ boliarmeni. Si fiat a percussione vel a casu prima intentio est diuersio ⁊ in hac cōpetit flo.basilice que prīo respicit epar ⁊ ita diuertimus. Scđa intētio est cōstrictio vt dando troci.de charabe de terra sigillata de spodio cum semīe acetose dando de oībus ad quātitatē.ʒ.j.cū aquis solatri plan.itē cū boloarmeno facimus ēt inunctiōes supra locū dolentē cū oleo ro.mirtino vnguēto Gal. vel cum alijs pulueribus stipticis. Si sanies egrediatur prima intētio ē absterfio quaꝫ etiā nobis insinuat Rasis si fit caliditas ⁊ iflāmatio ꝯuenit aqua lactis zuchari or.vel cicerū ru. Scđa intētio est cōsolidatio ⁊ in hac per supeti⁹ cōueniūt tro.supradicti.ꝑ inferius colliriū qđ ponit Rasis multū valet.predicti ēt tro.dissoluti cū aliqua aqua appropriata iniecti cū siringa in virgā multū valēt quare ⁊c̄.

Cura inuolūtarij exitus vrine.

Circa hoc caplm̄ nota ꝙ Rasis sub hoc capitulo ꝯprehēdit quattuor cap. ab Aui. in q̄ttuor locis posita.s.caplm̄ de inuolū

tario exitu vrine. de his qui mingūt in lecto. de dia-
bete. de multitudine vrine. Nota secūdo q̄ diabetes
est multitudo vrine nō tamen quelibet imo requirū
tur alique cōditiones. Prima q̄ fit cum siti intensis-
sima ita q̄ non possit cum potu extingui. Secūda q̄
aqua que sumitur ita egreditur sicut sumitur eo mo
do quo in lienteria: cibus in qualitatibus cū quibus
sumitur egreditur. Tertia q̄ sit frequentissimus exi-
tus vrine adeo vt quasi ꝯtinue egrediat̄ vrina. Mul
titudo vero vrine est quādo est magna vrine exube-
rantia q̄ si cum ea coniungitur sitis tamē est remissa
& extinguibilis. Ista tamē passio diabetica raro acci-
dit adeo q̄ Gal. dicit se tantum bis vidisse. Nota q̄
magister Fran. de busti mediolañ. in dicta ciuitate
Mediolani āno. 1481. habuit in cura quādam puel
lam annoꝝ. 18. que passa est superfluuꝫ fluxum vrine
adeo q̄ singl'a die migebat bocalia. 16. vrie & ꝯtinua
uit p. 60. dies: & illō qđ sumebat iter cibuꝫ & potū nō
ascēdebat ad q̄titatē bocaliū. iij. & p3 manifeste q̄ si
totū corpus dissolutū fuisset nō ascendisset ad quāti
tatē tātā: qua de re medici mediolañ. q̄rētes inter se
cāꝫ Jo. marlian⁹ reddit illā dicēs q̄ aer q erat in po-
rositatib⁹ corpis isti⁹ & alie hūiditates corpis & in mē
bris ex dispositōe corpis ei⁹ cōuertebant̄ i aquosita-
tē vrinalē & tādē puella liberata fuit nec erat multuꝫ
extenuata. Jō dicēdū ē cū Auer. qnto colliget q̄ in
medicia fiūt mōstra sicut in nā. In cura fluxus vrine
pria intētio ē abscisio cāe. scđa mēbroꝝ vrine ꝯforta
rio. Pria itētio diuersificat̄ ɓꝫ diuersitatē cārū. Si p-
ueniat pp cibū & potū oꝫ abscidē cām. Si pp frig⁹ ex-
trinsecū idē ē faciēdū. Si pp debilitatē ep̄is & marie
hidropisis asclitis dictū est supra in cura debilitatis

epis:oz.n.rectificare ep. Si cā fuerit relaxatio lacertorū colli vesice stat ītētio curādi cū his q̄ dcā sunt ī cura palisis. Si vo cā sit caliditas renū stat īfridatio renū p iteri⁹ ꝛ p exteri⁹ vt cū succo granatoꝝ limonū. Et cū vt⁹ ꝯtētiua ꝺbilitaꝭ stat ītētio ꝯfortādi p iteri⁹ cū fridis stip. ꝛ Rasis laudat puluerē cuiusdā sim. vt olibani. ℈.j. vel. ʒ.ß. cū aq̄ absin. vł vino coriādri p̄parati spodiū glādis assate ꝛ puluis eaꝝ. Cōposita sunt sicut tro. de spodio cū se. acetose tro. de terra sigillata tro. de balaustijs. Dosis ē. ʒ.j. cū vino vel aq̄ absin. Aui. ponit i. c. ꝺ diabetica passiōe. Et sepe istis vsus fui. ꝛ in. c. de distillatōe vrine laudat electuariū qōdā in q̄ igrediunꭍ oēs spēs mirabolanoꝝ. Si pp relaxationē lacertoꝝ daꭍ acor⁹ condit⁹ ꝛ diacor⁹. Si pp cāz calidā ꝺbem⁹ īfridare ꝛ stipticare cū sir. ꝺ agresta ꝺ limonib⁹ ꝺ acetositate citri cū aq̄ portulace lactuce. ēt cū spodio coral. ēt possumus īfridare cū vnguēto vt de āthera sandalino Gal. ꝛ possum⁹ dare succuz plā. ꝛ aliaꝝ herbaꝝ vel acorū cū aq̄ plan. ꝛ ponē res fri. stip. vt rosas balaustias spodiuz. Aliquando stat maior intentio infrigidādi vnde ponitur eger in balneo reꝝ frigidarum quare ꝛc̄.

Cura vermium.

Duplex regimē in cura v̄miuz obseruaꭍ. s. p̄seruatiuū ꝛ curatiuū. Primū regimē deꝫ corpib⁹ aptis in hāc egritudinē cadē ꝛ in h̄ regimīe prio ꝺbem⁹ p̄cipe vt vitēt oīa cibaria viscosa ꝛ māz fl'aticā multiplicātia: ꝛ hūc cañ. i pri. posuit Aui. oz. n. vt fl'a extrahaꭍ a corpe ꝛ mūdificenꭍ itestina: ꝛ iō Rasis laudauit vt deꭍ panis

cū sinapi ꝛ hoc q: sinapis sui caliditate facit ad ꝯsum ptionē materiez flegmaticaꝝ.tñ si istud nō sufficit oꝫ digerere flegma ꝛ euāre.ꝛ per hoc recurre ad capl'ꝫ de colica ꝛ de debilitate stomachi.

¶ In regimie aūt curatiuo qnqꝫ requirunt intētōes. pria ē debitū regimē.scōa necatio.vermiū.tertia eorū expulsio.quarta ꝓhibitio ascēsus ad supiora.qnta diuersio ad inferiora ꝛ diuersio a principalib⁹.

¶ In pria intētōe nō possum⁹ dare regulā gnālē q: nūc vnū intēdimus,nūc aliđ.Aliqñ.n.intēdim⁹ interficere vermes ꝛ tūc pcipimus vt corpus stet famelicum postea exhibeat medicina eoruꝫ interfectiua vt vermes postea ad eā pueniāt.Aliqñ pricipalr intendimus remouere eoꝝ seua accidētia: ꝛ tunc opꝫ eis dare cibū gratū vermibus ꝛ cōuenientē q: ipsi cum sint famelici mordicāt ventrem ꝛ ascendunt aliquando.Si tamen volumus prohibere augmentum flegmatis debemus cibaria calida ꝛ sicca admistrare.Si vero volumus diuertere ad iferiora dabimus acetosa acuta ꝛ amara.

¶ Scōa intētio que est vermiū occisio cōplet cū his que contrariantur complexioni ꝛ materiei ipsorum s.cum cal.siccis ꝛ amaris:iō opꝫ vt illa que iterficiūt vermes sint calida ꝛ sicca ī terno.ēt cū his que a proprietate ꝯtrariant.Domesticū aūt ꝛ vsuale est cornu cerui vstū qđ ponūnt auctores maxime Albert⁹ magnus in libro de animalibus.capl'o de ceruo.ꝛ per adustionem non acquirit neqꝫ amittit virtutem suam:sed hoc faciunt apothecarij vt melius in puluerem redigant ꝛ exhibent ad quantitatem.ʒ.j.ꝛ istud est gratū gustui.absinthiū ēt i hac itētōe multū cōmēdat q: sua caliditate ꝛ amaritudine vermes interficit

folia etiam persicoꝝ sunt multũ vsualia contũdendo ea ⁊ de eoꝝ succo dare ad bibẽdũ vel ponẽ supra sto/ macum.lupini ẽt multũ valẽt exhibendo de aq̃ deco/ ctionis eoꝝ:qꝛ sunt multũ amari faciendo ẽt emplr̃m de eoꝝ farina.mentastrũ etiaꝫ ab oibus laudaꝛ qꝛ hꝫ virtutẽ vermiũ interfectiuã.semen ẽt cauliũ contun dendo ⁊ exhibẽdo.ℨ.s.semen etiã apij alleuꝫ a Rasi ⁊ ab Auicẽ.laudatur.simil'r vinũ simplex qḋ dꝛ ferax de quo loquiꝛ Rasis decimo cõtinẽtis.⁊ est filix ma/ sculus ⁊ cognoscitur a femina quia habet certas ma/ culas in inuersa parte folioꝛuꝫ ⁊ eius radix est grossa ad moduꝫ brachij ⁊ habet ſm longitudineꝫ inumera bilia capita radicum. eius enim decoctio necat ver/ mes siue sint magni siue parui.Radix etiaꝫ grami/ nis singulariter valet: vnde mulieres cõiter exhibẽt decoctionẽ graminis.nullus tamẽ auctoꝛ auctẽticus ponit de radice graminis:nisi Raſ.xx.cõtinentis di cens ꝙ decoctio graminis vꝫ cõtra toꝛsionẽ a vermi/ bus ꝓuenientẽ.cõmendaꝛ ẽt scea sandonicũ vel cen/ tonicũ semen sanctũ semẽ alexandrinũ herba grane/ la semencina gemina marina.hec eniꝫ octo noĩa sunt sinonima ⁊ ẽ spẽs absinthij.mulieres cõiter exhibẽt de isto semine contrito.⁊ Nicolus euꝫ laudat ⁊ appel lat eum semẽ alexandrinũ vel semen sanctuꝫ. Aliqui dicunt ꝙ nõ est ideꝫ sed differunt.

¶ Tertia intẽtio est vermiũ expulsio. interfectis eiꝫ vermibus oꝫ eos a coꝛpoꝛe expellere.Si eniꝫ retine rẽtur moꝛtui in intestinis:vt dicit Auicẽ.essent causa seuoꝝ accidentium qꝛ ab eis eleuanꝛ fumi putridi ⁊ venenosi.Euacuamus aũt cũ his que expellunt ver mes ⁊ inimicaꝛ eis vt aloe ⁊ absinthio.pillule cõposi te quas laudat Aui.sunt singl'ares i educẽdo ⁊ iterfi

ciendo vermes. Item reubarbarum dando. ℈.j.vel.ij. mrtu.n.confert quia necat vermes et expellit licet a nullo inueniatur quod necet vermes. sed pot ro psuaderi quia omne amarum vz in cura vermiu et reubarbarum est amarum. et quia vt in plurib' coplicat lubricitas ven. et quia reubarbarum est stipticu etia vz lubricitati ven. et in confortatione stomachi. etia quia vtrum coplicat fe. et reubarbarum euacuat hu. corruptos. et vt dicit Aui. scdo can. confert fe. antiqs et huitibus periodos. cofert etia morsui venenosorum aialum et serpetis. Et quatitas potus eius est sicut quatitas potus agar. ideo his ronib' concludit quod confert vermib' et est medicina bndicta que pot dari infantib' et pregnatib'. agar. etia vz propter sui amaritudine sed no sic vz vt reubarbaru nec ita oibus datur. oleum etia olfacinum qd fit ex oliuis imaturis vz ad necandum vermes in magna quatitate exhibitum et multis vicib'. facit etia ad eductoem sua lubricitate et sua amaritudie eos necat. Si vo timeremus a sensum vermiu no ponas illud oleum olfacinum in clisteribus quia magis ascederent quia fugiunt ab eo. Coposita sunt aloes cu absintio vel cum diptamo. s. cum radice eius. hiera. s. Gal. pillule etiam comunes sunt singulares scilz coposite ex aloe mirra et croco. etiam pillule de hiera. s. et vniuersalr quecuqz pticipant amaritudine et leui stipticitate couenuint.

Quarta intetio est phibitio ascensus vmiu ad ptes superiores. hec at coplet confortado stomachu cu stip. vt inungere stomachu cum oleo de cito. de absintio de semach de seie portulace vel corticib' granatorum stiptica do ven. dam' et amara p supi' quia vmes fugiut amaritudine. conueniut et oia acetosa. etiam acetu forte e singularissimu contra vmes. Facimus et empla et vnguenta

supꝛa stomachū vt facē vnguētū ex succo absinthij ⁊ abꝛotani cū felle vaccino. Empl'ꝫ fiat isto mō. Acci pe bucellaꝫ panis ⁊ bn̄ assef deinde infundaf in aceto foꝛtissimo: postea exp̄imaf leui expꝛessiōe donec ve niat ad foꝛmā vnguēti. vl' alr̄ admisce ð coꝛticib⁹ gra natoꝛum de succo absinthij ⁊ alijs appꝛopꝛiatis ⁊ fiat empl'm. isto enim sepius vtoꝛ.

¶ Quia intētio ē attractio v̄miū a ptib⁹ supioꝛibus ad īferioꝛes ⁊ ista perficif faciēdo suppositoꝛia grata vermib⁹. Quidā hn̄t pꝛo singl'ari clistere ex lacte ca lefacto q: v̄mes delectanf lacte ⁊ descēdūt ad intesti na. Alij āt vituperāt lac q: facile coagulaf ⁊ coꝛrūpif pp se. iō magꝭ vꝫ fcm̄ ex bꝛodio carniū ⁊ melle ponē do. ℈. j. mel' si nō ē se. ⁊ si eēt se. ponēdo. ℥. j. zucha ri. delectanf. n. vnctuosis ⁊ pp dulcedinē trahunf ad inferioꝛa mēbꝛa. Si āt sint v̄mes in ano ꝯfert suppo sitoꝛiū de coto īuoluto ex oleo olfacino vel oleo simul cū aloe vel cū felle vaccino. Est ēt vnū ingeniū exptū capiaf caro pinguis poꝛci salita ⁊ filo appendaf ⁊ po naf in ano. oēs. n. v̄mes ad illā carnē ꝯuertunf ⁊ ad hēbūt: qua extracta extrahenf. ⁊ eodē mō valēt oīa clisteria vermes interficientia quare ⁊c̄.

¶ De cura sup̄flui flux⁹ hemoꝛoidarum.

Pro cura hemoꝛoidaꝝ nō q̄ alia cura dē tur hemoꝛoidib⁹ fluētib⁹ alia nō fluē. alia doloꝛosis alia nō doloꝛosis. Pꝛo cura fluē tiū duo can̄. sunt obseruādi. Pꝛim⁹ q̄ nō debent a pꝛin. restringi nisi quousq̄ nimiū fluat qm̄ coꝛp⁹ cū hmōi fluxu p̄seruaf a multis egritudinib⁹. Si v̄o videaf ꝑpingtas sincopis ⁊ coloꝛ san. varief ð

malo ad bonū ꝛ videaꝭ debilitas ꝛ mollities tūc debe-
mus restringē. Scḋs can. ē ꝙ semꝑ debemꝰ intēdere
ad ven. lubricitatē dādo brodiū carniū in clisteribꝰ vt
cas. vel brodiū cauliū. ꝛ h̄ qꝛ feces indurate magnū
causant dolorē i egressu suo. Quibꝰ obseruatis q̄ttuor
intētōes sūt obſuāde. pꝛia ḋbitū regimē. scḋa diuer
sio. tertia restrictio. q̄rta cōfortatio ꝛ san. rectificatio.

¶ Prima intētio ꝯpleꝭ ꝑ stiptica ꝛ eam docet Rasis
qñ dixit esse alterātia cibaria cū sumach: sintq̈ frigi-
da ꝛ stiptica.

¶ Scḋa intētio ꝯpleꝭ ꝑ flobotomiā vene basilice ꝛ ē
vena epatis qꝛ epar ē fons san. ꝛ talis extractio dꝫ eē
copiosa ꝛ fit ad oppositū: iō laudaꝭ illa basilice. Itē
flobotomia saluatelle i manu. Itē appositio vētosarū
in hypocūdrijs ꝛ in regione epatis ꝛ in spatulis ꝛ in
adiutorijs brachiorum. etiā balnea extremitatū ꝛ frica-
tiones dolorose. ēt ligature extremitatū superiorum.

¶ Tertia intētio ꝯpleꝭ ꝑ ea q̄ restringūt vias ꝛ ingros-
sant san. ꝛ imobilitāt eū interiꝰ ꝛ exteriꝰ applicatis.
Per iteriꝰ cū siru. vt sirupi fri. ꝛ stip. vt sunt ro. mirti
nus de succo acetose de granatis de citonijs cū aqua
plā. acetose ro. solatri. ꝯfectio ex zucharo ro. cū bolo
ar. vꝫ dādo in mane ꝑ duas horas añ cibū vel ponē-
do de lapide ematitis de corallis ru. ꝛ cū sirupo ḋ gra
natis miscemꝰ in modū electuarij ꝛ ea exhibemꝰ. ēt
trifera ex arte fenonis. elm̄ de scoria ferri qḋ laudat
Rasis in pñti ca. ꝛ ē multū vsuale. Et nota ꝙ scoria
ferri est spuricies ferri. squama vero que separatur a
ferro cum super incude ferrum malleo percutitur. li-
matura vero que cuꝫ lima diuidiꝭ. Simplicia sunt vt
coralli rubei lapis ematitis bolus armenus. dan-
do vsq̈ ad. ʒ. j. Nicolus ponit vnum singulare quod

est exptuz et vsuale sumat squama ferri et subtilissime pulverizet et bulliat in aceto postea exiccet. et hoc fiat quater postea exhibeat. Et dosis ei⁹ sit a.ʒ.j. vsqz ad.ij. vel.iij. dando bis vel ter in ebdomoda de dicto puluere. valet enim in confortatione stomachi epatis et retificatione humorum. Et qñ ista non sufficiūt debent alia vsualia dari vt tro. de charabe de terra sigillata de spodio cū se. acetose. magis tñ vsuales sunt tro. de charabe et de terra sigillata. Aliqñ aūt nos opz ad stupefactiua deuēire. et vsualia sunt sicut athanasia Nicolai filoniū psicuz. dosis athanasie ē a.ʒ.j. vsqz ad.ʒ.iij. Per exteri⁹ vero conueniūt balnea stiptica cū reb⁹ fortiter stip. vt cū corticib⁹ et floribus granatorum sumach et alijs stipticis extinguēdo aliqñ ferrū ignitū. ēt pulueres et emplastra. Et vnū singulare ē emplastrum de citonijs qd fit decoquēdo citoniū sub cinerib⁹ ponendo de boloar. et de alijs stip. vsualibus vt de san. dra. dragaganto balaustijs gallis. Et conuenit emplastrum Nicoli florē. in hac cura et ē tale. ℞. aloes thuris bolar. san. dra. pilorum leporis subtiliter incisorum et cū albumine oui et tela aranea misce. Itē Nicolus laudat cinerē sotulariū combustorum. Gal. ēt qnto de inge. sanitatis ponit emplm quo melius credit nō posse in restrictione san. excogitari qd fit ex aloe olibano et albumine oui. Est ēt quoddā secretū giringelli et est puluis de subere. i. cortice quodaz grosso poroso leui ex quo fiunt pantofole. comburit enim dictus cortex et pulverizatur deinde cuz aliqua re appropriata fiat ano emplastrū. Itē Nicolus ponit vnū emplastrū et est de cinere buffonis qd positū supra hemoroidas retinet san. et remouet dolorē et delet eas. et dicit q venenositas deletur per adustionem sicut etiam in cinere scor

pionum: ⁊ est in eo securitas.

¶ Quarta intentio est retificatio san. ⁊ debet conside rari si sit pp nimiā quantitatē san. fiat minutio ⁊ dieta sit tenuis dimittendo carnes oua ⁊c. Si pp nimiam aquositatē san. vtaƚ dieta exiccatiua ⁊ calefactiua. Si pp nimiā quātitatē colere vel flegmatis humor dige/ratur ⁊ euacueƚ cū appropriatis vt dictū ē in capitu lo de fluxu san. nariū. Nota ēt ꝙ valet vnū singulariſ simum emplastrū. s. comitisse applicatū supra anū qđ tenetur confectū ⁊ istud describit Bartholomeus de varigniana quare ⁊c.

Cura tumoris hemoroidaꝝ siue cecaꝝ hemoroidaꝝ.

In cura tumoris hemoroidaꝝ diuersimode ꝓcedimus ſm diuersitatē intētionū. aliqñ enim dolori intēdimus. si enim nihil ð mā egrediaƚ: tūc vehemēs ꝯtingit dolor qr a vena chilis quinqꝫ oriunƚ vene q̄ ad anū terminan/tur ⁊ intestinū rectū. ⁊ sunt ibi quedā pellicule coope rientes orificia ꝑdictaꝝ venarū q̄ sunt maxime sensi bilitatis ⁊ ad q̄rū extēsionē intēsissimus dolor cātur. Remittimus aūt dolorē cū localibꝰ q̄ si nō sufficiūt opꝫ ꝓcedere cū his que san. fluere faciūt. aliqñ vo in/tendimus eas exiccare ⁊ ita diuersimode ꝓcedimus. primo ergo intēdimus dolorē mitigare. secundo vo eas exiccar. Sunt tñ primo aliq cañ. obseruādi. Pri/mus cañ. ꝙ si nō fuerit dolor nec apostema ñ ē neces/sitas curatōis. ⁊ hꝫ qr pp remedia fortia qñqꝫ deueniƚ ad prauas egritudines. s. cācrū vel fistulā. Secūdus cañ. ē ꝙ in cura huiꝰ egritudinis sit studiū in lenitiōe vē. qr cū feces indurate egrediūtur maximū cānt do/

lorē in egressu suo sua aspitate. et sic fit humorū attra/ctio ad locū. lenitio aūt fiat cū brodio carniū vel cum cass. fistula vel cū decoctiōib⁹ leuibus vel cuȝ brodio cauliū. Tertius canō. ē ꝙ opȝ vt rectificet corp⁹ vt magnus san. eūetur. Istis stātib⁹ opȝ pmo diuertē humorē fluentē. Et in hac intētiōe laudatur flobotomia basilice et flobotomia saluatelle q̄ ē inter anularem et auricularē. ēt administratio ventosarū in spatulis et ligature dolorose i adiutorijs brachiorum et alie diuersiones vt positiōes extremitatuȝ supiorum in aqua calida. Ad doloris ēt remissionē valēt anodina supra locuȝ applicata in forma vnctionū emplastrorum et vnguēto/rū. De visualibus pmo ē oleū vio. qn̄ sentit calor et ardor sicut euenit in actu practico. oleū ēt ro. vitelluȝ oui cū oleo vio. incorporatū ita vt reducat ad formā emplastri et extensum sup pāno lini ano applicet. vȝ ēt multū medulla panis infusa in lacte cū vitello oui q̄ simul pōant ad bulliēdū postea admisceat albumē oui. vȝ ēt oleū de semine lini oleū crisomilarum. et ēt ponat cū crisomila oleū decoctiōis lūbricorum terrestriū. oleū ēt porcelionū. i. panaroles. singularē eniȝ habēt pprietatē in mitigatōe doloris si cū adipe galline cōtundātur et cū butiro incorporētur et in forma emplastri redigant et ponātur supra locū sedant eniȝ dolorē illico vt dicit Nicolus. vȝ ēt oleū decoctiōis scarabeorum si cōtūdant et cū oleo fiat emplastruȝ et sint olea p̄dicta vel amigdalarum dul. Rasis. xj. ptinētis dicit capiatur mellilotuȝ et in aqua ponat et bulliat donec dissoluatur et misceat cū farina fenugreci et cū aliqua pinguedine vt anatis vel galline et in forma emplastri redigatur. Giringellus vtebat hoc remedio videlicet capiatur suber qd̄ ponit in soliis pianelarum de quo su

prędictū ē cōburaſ ꝛ pulueriʒeſ ꝛ cū aliquo oleo ap/
propriato vt de semine lini vl' vitello oui emplastreſ.
Hoc enim maxime iuuat in mitigatiōe doloris. Joā.
mattheus gradi vtebaſ limatijs q̄ sunt nāliter sine te
sta decoquātur in oleo violato ꝛ ꝯtundantur deinde
cū farina ſe. lini vel fenugreci fiat emplastrū bñ incor
porādo. Et ēt vnū singulare ꝛ exptuʒ remediū ame
ſ. facere vt infirmus sedeat in balneo anodino qd re/
mittat acuitatē: videlicet faciēdo decoctionē maluarū
vio. matruʒ violarum mellilotí feungreci camomille fo/
liorum altee florū' tassi barbassi seminis lini in qua deco/
ctiōe sedeat infirmus. ꝛ vbi sedere non posset fiat epi
thima cū pānis lineis madefactis in dicta decoctione
ꝛ loco dolēti applicatis ꝛ misceantur ēt flores nenufa
ris stipita papaueris al. semē ei' ꝛ cortices semen iusi
qami. ꝯfidens in v̄tute discretiua ꝯsequiſ itētionē mi
tigatiōis doloris. Qñ aūt ista ñ sufficiūt ad stupe. de/
ueniēdū ē quorum vsualia sunt primo suppositoriū ex fi
lonio ro. cuʒ coto vel ponendo more emplastri supra
locū. vʒ ēt athanasia Nicolai. vʒ ēt lʒ emplastrū. ℞. vn
guenti populeonis. ℥. j. vitellū oui vnū opij. ʒ. j. vel
vsq; ad. ʒ. ij. croci parum simul misceanſ ꝛ in forma em/
plastri redigātur. mitigat. n. dolorē ſʒ nō fiat nisi i in/
tēsissimo dolore. Si aūt ista nō sufficiūt opʒ hemoroi
das apire faciēdo fluere sanguinē: qꝛ eūato sanguine
cessabit dolor. Apimus āt cū diuersis igenijs. Priō
cū fricatiōe cū re aspa poros dilatante vt cū folijs fi/
cus ēt cū pitaria. ꝛ si ē tps hiemis ita ꝙ folia nō inue
nianſ pānus asper accipiatur fricando cuʒ hoc donec
locus aperiatur. Et oportet nōnūq; ad fortiora deue/
nire vt si sumatur pulpa coloquintide ꝛ īfundatur in
oleo amigdalarum amararum ꝛ applicetur. aperit. n.

in qnqꝫ horarũ spatio. Ad hanc ẽt intentões laudat Aui. stercus colũbinũ cũ saxifragia. succus cepe etiã singlr vꝫ vt. s. succ⁹ extbatur ⁊ loco applicet: facit. n. ad apertiõeꝫ. est. n. sua acredine vlceratiuũ. vꝫ ẽt fel vaccinũ. radix ẽt ciclaminis vł succus eius. practici ẽt qñqꝫ applicãt sanguisugas nõ venenosas. ⁊ prio inũgũt locũ cũ sanguie galline vel colũbe vt sanguisuge loco adhereãt. q꜡ ꝙ primum sanguisuge sanguiné degustãt figunt ⁊ sugunt ipũꝫ vñ replent ⁊ tume fiũt ⁊ ita fortiter qñqꝫ adherẽt ꝙ vix pñt euelli. ⁊ vt euellant accipiat de cinere ⁊ supra caput earꝫ sparga tur q꜡ subito cinere pcepto separant: quas capim⁹ ⁊ po nimus in vale vt sanguiné qué suxerunt euomant. ⁊ vt euomãt vtimur hoc ingenio. s. ponẽdo sal sup eas ⁊ statiꝫ euomũt totũ sanguiné. Deinde si iterꝫ indige mus sanguinis extrtione iterũ eas applicam⁹ facien do vt supra. Si ãt nõ habebim⁹ sanguisugas tũc extrhemus san. cum flobo. sed hoc vitare debem⁹ ꝙtuꝫ possibile est pp difficultaté ꝯsolidatõis. qꝺ si ex neces sitate fiat ꝯsolidem⁹ cõsiderata quãtitate sanguis extrcti. Aliqñ ẽt nõ stat dolor nec sunt cõsuete fluere nec eger est cõsuetus pati talẽ fluxũ ſꝫ sibi displicet talis tumor vñ vellet eas remouẽ ꝙuis sit cañ. supscript⁹ ꝙ si ñ ẽ dolor nec apã nõ dñt curari. Si ẽt esset cõsue tus pati talem fluxuꝫ nõ restringat neqꝫ exiccet. sed pur quãdo volumus exiccare est quãdo non sunt so lite fluere aliter nõ. tñ ßꝫ Aui. si per interius sumant de galbano. ʒ. ij. tribus vicib⁹ exiccat ⁊ hoc expert⁹ est Mathe⁹ gradi in quodã ⁊ bene ei successit. ⁊ sicut dicit Aui. vꝫ etiã ad idem puluis antimonij pro quo vide Aui. scðo cañ. ⁊ applicat per exterius. Jtẽ per exterius vꝫ epithima factũ ex decotõe siliquarum. i.

charabe. Item cũ aqua piscium salitoꝝ vel capita pi/
scium cũ modico casei salsi apponantur supra locũ.
anacardi fruct⁹ qdã a proprietate valẽt ⁊ applican/
tur hoc modo. incidãtur dicti anacardi ⁊ ex eis locus
fricetur. ⁊ quidam ponunt eos supra prunas ⁊ cum
emboto qđ est instrumẽtũ quoddã faciũt ne recipiat
fumus ita ꝙ habeatur scutella in qua sit cinis ⁊ pru/
ne ignis in qua ponãtur de anacardis deinde coope
riatur scutella emboto ⁊ totus fum⁹ reci piatur ⁊ be/
ne ingrediat hemoroidas. valẽt ẽt folia serpentarie
⁊ hoc a proprietate vt dicit Nicolus. radix ẽt serpẽ/
tarie oleũ serpẽtarie ⁊ cineres eoꝝ ⁊ cortices multũ
valent. vel stringãtur hemoroides cũ capillis caude
equi vel serico paulatine a principio stringendo ⁊ in
processu magis stringendo ⁊ tales vene stringant ⁊
paulatine exiccentur quare ⁊c̃.

Cura exitus ani.

Pro cura exitus ani primo opꝫ cõsiderare
si cũ humiditate cõplicet caliditas si non
stat intentio calefactiõis ⁊ exiccationis: ⁊
in hoc casu ponit Rab remediũ singularis
simũ. ⁊ ita dic̃ Nicolus ego soleo hoc facere. ex succo
hipochistidos ⁊ acatie fiat puluis ⁊ ex puluere isto ẽt
ego vtor. Modus aũt applicari est ꝙ qñ infirm⁹ va
dit ad assellã ⁊ intestinũ est grossum vidẽdũ est si est
inflatum ⁊ rubeum. si sic lauamus ipsum cũ aqua or.
vel zuchari. si vero non: lauamus ipsum cum vino
rubeo vel etiam cum decoctione balaustiarum corti/
cum granatorum ⁊ aliaꝝ rerum stipticaꝝ. ⁊ hoc vbi
non sit caliditas. postea inungere cuꝫ oleo ro. ⁊ inde

aspergimus ex puluere stiptico deinde intromittaꝛ ꝛ quiescat cū coxis eleuatis ꝛ strictis. Et hoc oꝫ facere fecibus emissis. Quidā laudant rosas cōtritas facta lotione intestini ꝛ inunctione ex oleo ros. mirtilorum citoniorū. Similiter valet puluis thuris vel sandarace. Forte auteꝫ remediuꝫ in exiccando est scoria ferri posita supra intestina vel vinum decoctionis eius est enim multū stipticuꝫ quādo intestinū nō est inflāmatuꝫ vtimur suprascriptis. Sunt ēt remedia valentia qn̄ est inflāmatū que tu discerās. Ubi ergo fit inflāmatū inūgim⁹ ex oleis ꝛ vnguētis fri. ꝛ sic. vt cuꝫ oleo cito. rosa. vnguētuꝫ ēt sandalinū est singularissimuꝫ ꝛ vsuale ꝛ facta prius lotione ꝛ hoc qn̄ est humiditas laxans. Et no. ꝙ Ras tacuit debituꝫ regimen in medicinalib⁹ ꝛ in sex rebus n̄ nālibus que oīa requirunꝛ ad curā vltra localia. ꝛ rō ē qꝛ in cura paralisis fuit sufficiēter dictuꝫ. in cura eniꝫ relaxatōis oꝫ regimen esse cali. ꝛ sic. oꝫ ēt digerere mām flegmaticaꝫ ꝛ eam euacuare postea malā ꝯplexionē remouere ꝛ cōfortare. Si vero est apa intentio est remouere māni apatis ꝛ facere decoctōem ex rebus anodinis vt ex camomilla malua altea semine lini se. fenugreci ꝛ applicenꝛ supra intestinū apatuꝫ. laudaꝛ ēt aqua calida intelligēdo de apate facto vt ponit Ras non autem de fiente qꝛ tunc stant alie intētōes. Quia si est materia admixta sanguini tūc prīo diuertim⁹ a principio cum flo. Si vero sit a sang. diuertimus cuꝫ ventosis vel vomitu. Item repercutiendo. s. faciendo epithima ex aqua rosa. plantag. ꝛc̄. Qn̄ vero est factum resoluimus cū decoctione dicta ꝛ applicentur pāni vel spongia in dicta decoctione madefacti. fiat etiam in inunctio cum oleo camomillino ꝛ fiant reliqua puta

fomentationes emplastra balnea vnctiones vapora tiones que omnia habeant resoluere materiã. & hãc intentionẽ tetigit Ras. postea intromittatur intesti num & curetur vt dictũ est supra abluendo inungen do & imponẽdo illa stiptica. stet etiam eger cũ coxis eleuatis post remedia applicata quia erit situs satis conueniens quare &c.

Cura exitus matricis.

In cura exitus matricis etiam considerare oportet vtrũ sit apostema vel non. & vtrũ sit mollis vel tractabilis quia tunc est ma/ teria humida relaxans & tunc facta lotio/ ne aspergatur cum puluere stipti. dicto in alia cura scilicet de exitu ani & intromittatur. Aliquãdo enim non potest ingredi & aliquando tota egreditur vt di cit Auicen. & putrefit. Et ego vidi mulierem haben/ tem matricem inter coxas pendentem & putrefactã cui abscisa fuit. & adhuc illa per plures annos vixit. preterea tẽpore pestis papie mortua est. Pratici ẽt applicant per inferius prauos odores & suffumigãt vt faciendo suffumigium ex pẽnis perdicum & face/ re vt fumũ recipiant quando sentiunt matricis de/ scensum. capiunt etiam assam fetidam & ponunt su/ pra carbones ignitos ponendo egram in cathedra perforata: qua posita supra carbones recipiãt fumũ. item castoreũ qd habet terribilem odorem. contun/ dunt etiam folia vrtice & superponunt matrici. si/ militer matricariam quam crispulam vocant miscen/ do cum oleo de semine lini. ponunt etiam ouũ cor/ ruptum sub gallina fouente oua cum quo intingunt

lanam ⁊ matrix fugiens prauos odores petit partes superiores. si etiam teneat patiens apud nares bonos odores iuuat quia matrix percipiens eos insequitur ⁊ consequẽter magis conatur ad ascendendũ. sed si ista nõ sufficiũt hẽatur optima obstetrix que intromittat matricem postea coxe eleuentur ⁊ in hoc situ stet. vel fiat instrumentũ sicut virga virilis ⁊ imponatur inunctũ facta tamen prius lotione vini ru. stip. gallaruʒ hipochistidos cuʒ balaustijs ⁊ floribus granatoꝝ ⁊ inungere cum oleo de cito. vel mirtino. postea cum pulueribus aspergendo vel accipiendo stupas infusas in albumĩe oui cũ pulueribus ⁊ alijs predictis ⁊ cum boloarme. san. dra. ante ⁊ retro ⁊ in situ debito situetur. Si sit apã cõsideremus tempus apãtis. in principio ꝓcedimus cum repercussiuis. in augmento miscemus resolutiua cũ repcussiuis: repcussiuis dñantib⁹. in statu repcussiua cũ resolutiuis sed resolutiuis dñantib⁹. in declinatõe pure vtemur resolutiuis ⁊ cõsolidatiuis postea intromittatᷓ ⁊ fiat vt dictũ est de exitu intestini quare ⁊c̃.

¶ Cura supflui fluxus menstruoꝝ.

In cura huius egritudinis sunt due obseruande intentiones. prima est abscisio cãe. secũda est retẽtio sanguis fluentis.

¶ In prima intentiõe opʒ cõsiderare si ꝓueniat ex sang. abũdantia ⁊ tunc opʒ remouere cum flo. ⁊ dieta tenui prohibendo comestionem rerũ san. multiplicantiũ vt oua vinũ carnes ⁊c̃. Si vero ꝓueniat ex san. subtilitate ⁊ colericitate tunc oportet coleram digerere vt cum sirupo ro. de succo acetose de

ribes

ribes de granatis cū aqua plan.acetose portulace ⁊ ro.euāndo postea cum mirabolanis citri.qui vltra hoc ꝙ euacuant etiam infrigidant.facta euātiōe opꝫ alterare malā cōplexionē cū supradictis vt cū sirupo rosato tro.de ro.cū diaradon cū triasan.cum epithimatibus vt cū aqua ro.plā.cū oleis ⁊ emplīs ifrigidantibus.Si fit ex nimia aquositate hūoꝛ flegmatic⁹ digeratur cū melle ro.⁊ aq̄ absinthij euāndo postea cū mirabolanis chebulis deinde remoueat mala cōplo cū ꝯrijs.Si fit a casu stat itētio ꝯsolidatōis.Si ab vlceribus due sunt itētōes.s.abstersio ⁊ cōsolidatio ꝑ quib⁹ fiendis vide dicta in de mictu saniei.

¶Scda intētio pꝛicipalis ē retētio san.fluētis que duob⁹ ꝑficit ingenijs.s.diuersiōe san.ꝑ aliā viā ⁊ restrictiōe viaꝝ per quas fluit sanguis.

¶In pꝛio ingenio laudat flo.basilice.oꝫ ēt applicare vētosas sub māmillis qꝛ multū diuertūt a matrice vt hꝫ Hypo.qnta ꝑticula affoꝛ. Mulieri menstrua si vis retinere sitiā maioꝛē māmillis appone⁹ēt cū ligaturis doloꝛosis ⁊ impōne extremitatū in aq̄ cali.sꝫ ille vētose sunt multū vsuales mane ⁊ sero apponant añ cibū.fricatōes ēt ⁊ vētose i bꝛachijs multū valēt.

¶Scdm ingeniū qđ est cōstrictio viaꝝ ꝑ quas fluit san.ꝑficit cū his que exhibent ꝑ supius ⁊ iferius interi⁹⁊ exteri⁹.Per iteri⁹cū sir.ꝯstrictiuis vt cū sir.ro. mirtino de cito.de granatis cū aqs solatri plā.⁊ acetose.Et ð aq̄ plā.dicit Aui.ꝙ ipa nō hꝫ sibi sile i retinēdo hmōi fluxū. valēt ēt ad hāc intētōeꝫ tro.ð charabe ⁊ sunt multū vsuales exhibēdo.℈.ij.vel.ʒ.j.cū siru.ꝓdictis.valēt ēt tro.ð spodio cū se.acetose. tro. ēt ð terra sigillata exhibēdo ð quolibꝫ illoꝝ.ʒ.j.cū siru.vel aq̄ plā.itē coꝛalli ru.a.℈.ij.vsqꝫ ad.ʒ.j.vel

exhibē tātūdē de lapide ematitis cū aq̄ appropriata: electuariū ēt ɔ̄ scoria ferri ē mltū vsuale. ēt trifera ex arte fenonis quā laudat Aui. vȝ ēt multū ɔfectio vltimi iuuamēti isto mō appellata quā multum laudat Auicen. Et nota ꝙ ista itētio restrictiōis est a principio ponendo in actu practico quia si multum differamus natura postea assuefacta per illaȝ viam difficulter remouet ab illa. scoria ferri ēt ē singularissima ⁊ expta. Suppositoria ēt mltū ɔueniūt. ⁊ sic Rasis laudat vnū in lr̄a ꝙ cū lana vel coto dȝ iponi itinctū in aqua vel succo plā. ponēdo de olibano balaustijs antimonio acatia alumine. ēt sedeat patiēs in aq̄ ɔ̄ curcuma quā quidā dicūt eē celidoniā quidaȝ vero aliɔ̄. Qñ cā ē san. aquositas dȝ eā remouere cū exiccātib⁹ ⁊ idō cōuenit balneū reꝝ stip. vt ex rosis corticib⁹ granatorū ponēdo in dicta decoctōe plātas pedis vsq; ad genua vel in ipsa madefacē pānos lineos ⁊ ponē ipsos regionib⁹ matricis ante ⁊ retro. vnctiōes ēt cōstringētes cōueniūt vt vnguētū sandalinum ɔ̄ āthera vel comitisse: ⁊ ex istis fiat inunctio supra dorsum vbi est sit⁹ mricis ⁊ venter inungat ex oleo mirtino ɔ̄ cito. postea aspgimus de pul. rerū stip. vt de pul. boliar. san. dra. terre sigillate corticū granatoꝝ gallarū balaustiaꝝ rosaꝝ ⁊c̄. Per inferius vero ponant suppositoria ex lana vel coto intincta in succo plā. solatri vel aqs eaꝝ ⁊ aq̄ ro. ponēdo de terra sigillata boloar. ⁊ cū aqs frig. ⁊ alijs puluerib⁹ p̄dictis. cōueniunt ēt clisteria cū aq̄ plā. boloar. san. dra. clisterizando matricē. Qɔ̄ si ista nō sufficiūt tandē deueniēdū ē ad stupefactiua vt dādo athanasie Nicolai. ʒ. j. vel filonij persici. ʒ. j. causa cōstringendi ⁊ est fiendum in casu desperato vt virtus confortetur deinde proce

dimus cum diuersis remedijs. Rasis docuit ꝙ fiat pessarium acutum qđ cauterizat ⁊ generat escaram sed non laudatur nec est vsuale fit solum in casu desperato quare ⁊c̃.

¶ Cura retentionis menstruorum.

Quando in corpe mulieris non est sanguis supfluus tũc si p mẽstrua nõ amittaẜ nõ ẽ mirandũ q: nã intẽdit corp⁹ restaurare vt multotiẽs accidit in mulierib⁹ cũ patiunẜ egritudines vel fe. cronicas q: tunc nã intẽdit illum sanguinẽ retinere ꝓ corporis ꝯseruatiõe ⁊ restauratione: ⁊ ita tũc san. non supfluit nec p menstrua emittitur: vnde tunc ꝓuocari non potest sicut accidit cuidam scholari nouiter practicãti cuꝫ vellet mẽstrua ꝓuocare in quadã muliere extenuata ex quartana quã longo tempore passa fuerat vnde nũquã potuit quare misit ad me mulierem qui eam videns dixi nunquam posse prouocari donec mulier essꝫ bene restaurata. Nota ꝙ trocisci quos Rasis in littera describit sunt vsuales ⁊ eis practici cõiter vtũtur ⁊ tenentur confecti ⁊ multuꝫ valent in ꝓuocatione fetus ⁊ mẽstruorum: etiam ad iuuandũ exituꝫ ⁊ dentur cum decoctiõe iuniperi de quo dicit Dias. ꝙ tantum ꝓuocat ꝙ facit sang. mingere. Cura huius egritudinis reducitur ad duas principales intentiones. prima est abscisio cause retentionis. secunda est facilitatio exitus siue prouocatio.

¶ Prima intentio sic perficitur. nam si causa sit ex pte fortitudinis caloris seu virtutis ꝙ talia menstrua retineanẜ nõ debẽt prouocari q: calor est sufficiẽs ad

cōsumēdū tales supfluitates sicut accidit in mulierī bus q̄ sunt viragines ꝛ vtentib⁹ fortibus exercitijs. Si vero ex debilitate virtutis op3 bonū cibum exhi bere vt vinu3 oua sorbilia carnes ꝛ similia san.gene rantia ꝛ restaurātia virtutē ꝛ nō op3 ꝓuocare. sed vt supra dicebat op3 expectare dispositōe3 in qua redu cta sit natura ad sua3 nālem dispōne3: qua reducta si remaneat sopita: tunc op3 ea3 adiuuare ꝛ prouocare. Si vero fuerit ꝓpter mām oppillātē flegmaticā sicut plurimum cōtingit op3 eam digerere cum sirupo de bisantijs de duab⁹ radicibus ꝛ qnq3 radicibus cum aquis apij feniculi cuscute. postea vo eūamus. ꝛ de solemnib⁹ eūatiuis est agar. q2 mūdificat mām fleg matica ꝛ maxime a mřicib⁹ mulieꝝ ꝛ ē singulare. In hoc cāu eūamus ēt cū elio indo cū diafenicōe: deīde o3 alterare ꝛ malam cōplexionē remouere ne iterum reagregeť mā cōfortando stomachū ꝛ epar cū inun ctionibus ꝛ cōfectionib⁹ in alijs locis ꝓprijs iam di ctis. Si vero ex pte organi o3 cognoscere causa3. Si fuerit ꝓpter mām flegmaticā oppilātē tūc digerim⁹ deinde eūamus diuertendo ad intestina vt dando se mel in hebdomoda pillas masticinas cū agar. vel de hiera.s.cū agar. vel de hiera magna cu3 agar. ꝛ cum istis taliter diuertimus mām ad intestina ne amplius reaggregeť i matrice : ꝛ tūc disponim⁹ regimē decli nans ad cal. ꝛ sic. Si vero ab apostemate ꝓueniat cu reť cura apātis vt supradictū ē. Si āt ab vlcere cura ē ipossibilis ſ3 ordineť regimē ꝛ nō multū comedat ꝛ exerciteť ꝛ eūemus san.p flomia3 frequēter vt san.q debat p intestina fluere resoluať l3 regie vel eūeť hac eūone p illas vias. Si cā sit nimia piguedo cureť cū forti exercitio tollerātia famis ꝛ cū alijs resoluētib⁹.

¶ Scđa intẽtio pricipalis ẽ ꝓuocatio mẽstruoꝝ q̃ fit cũ illis q̃ p supiꝰ ⁊ inferiꝰ admĩstrant. De his q̃ p superiꝰ sunt oẽs sirupi ⁊ aque apitiue vt ẽ siru. de bisantijs de duabꝰ radicibꝰ ⁊ de qnq3 radicibꝰ cũ aqs apij feniculi cuscute. Decoctio ẽt cõis qnq3 radicum sola cõuenit. s. petrosilij bruschi feni. sparagi apij. ⁊ hꝫ est exptum a mulieribꝰ maxie monialibꝰ abstinẽtibus a coitu. admiscet ẽt ꝯ sauina pua q̃ ẽ maxie ꝓuocatiua. cõuenit ẽt decoctio scã ex pulegio calamẽto mẽtastro ⁊ origano. ꝯuenit ẽt decoctio ciceꝝ ru. faseoloꝝ vl' ex rubea tinctoꝝ que ẽ multũ ꝓuocatiua ⁊ damꝰ ꝯ hmõi decoctõe. ℥. v. vel. vj. in mane ⁊ dꝫ exhiberi cal. ⁊ cũ sirupo de duabꝰ radicibꝰ damꝰ tro. descriptos in lra a Rasi. ⁊ cõiter damus de hmõi tro. ʒ. j. vel. ℈. iiij. sed hñt odorẽ valde prauũ: sꝫ in forma pillari melius capiunt. cassia lignea ẽ maxie ꝓuocatiua. ẽt eiꝰ cortex. cinamomũ ẽt ⁊ crocꝰ multũ ꝓuocãt ponẽdo in scutella brodij maxie ciceꝝ vl' faseoloꝝ ru. in aq̃ decoctõis fit radix apij. postea ponẽdo crocũ. ⁊ ꝯ istis oĩbꝰ pulueribꝰ possumꝰ dare. ʒ. j. vl' cassie lignee solũ. ʒ. j. Et Joã. matthe. gradi dicit capiat cassia lig. porrax gũmi qđdaꝫ quo vtunt aurifices ad ꝯsolidãdũ auruꝫ. ⁊ de istis cũ aq̃ apij vl' decoctõe sauine det i potu. Dosis aũt istoꝝ pulueriꝫatoꝝ fit. ʒ. j. Ualꝫ ẽt sedere in balneo decoctiõis reꝝ ꝓuocatiuaꝝ mẽstruoꝝ. ⁊ qñ volumus ꝓuocare oꝫ expectare tp̃s in q̃ nã fit ꝯsueta illũ san. expellere ⁊ tũc fiat decoctio ex rebꝰ dictis vl' applicent alia dicta bis in die. s. mane añ prandiũ ⁊ añ cenã. ꝓuocamꝰ ẽt cũ fortibꝰ fricatõibꝰ. fricet ergo vẽter ⁊ coxe qꝛ attrahit ad mrĩcẽ. sanguis ẽt cũ apposi tione vẽtosaꝝ. ⁊ sic practici faciunt. applicãt eiꝫ vẽtosas in pte domestica coxaꝝ vl' sub curuatura poplitis

ideſt genu: q2 ibi ē vena q̄ reſpicit mr̄icez. laudaꝛ etiā flobotomia ſaphene q̄ ē ſingularis in hac ꝓuocatiōe. Sȝ aliqñ ſan. ē fluxus ad mr̄icem ꝛ vene mr̄icis ſunt clauſe: vñ opꝰ ē tūc ponē in mr̄ice aliqd qđ apiat orificia venaꝝ cū vene ſint clauſe vt ſan. nō poſſit egredi iō ē herba q̄ appellaꝛ mercurialis q̄ ſi capiaꝛ ꝛ ꝯtundaꝛ vel ſubtilr̄ incidaꝛ ꝛ ligeꝛ in petia lini ꝛ ponaꝛ ad intra mr̄icē i nocte aperit orificia venaꝝ. ꝛ dȝ hec petia poni cū filo appēſa vt poſſit libere exhi. Aliud ēt ſingulare qđ laudat Ioā. mat. eſt farina git qđ apud vulgares appellaꝛ giton ꝛ ē granū nigrū ꝛ rotūdum qđ naſciꝛ in frumēto ꝯtūdaꝛ ſiue teraꝛ ꝛ ligeꝛ i pāno lini ſubtili ꝛ ponaꝛ vt ſupra ꝛ mirabilr̄ opaꝛ. Metridatū ēt vȝ cū maſtice vt capē metridati. ʒ. j. maſticis ℈. j. ꝛ ſupponaꝛ. Et lȝ maſtix ſit ſtipticus tñ ē attractiuꝰ: vñ ſi retineaꝛ in ore mirabiliter attrahit flegma a capite. Si fortiora volumꝰ hēmꝰ quaſdā gūmi ſpēs vt galbanū ſerapinū oppopōacū euforbiū đ quo dīc Aui. in. c. de p̄focatōe ꝙ ꝓuocat in illa hora q̄ ſumiꝛ. ēt colognthida eleborꝰ ſcamōea ciclamē ſi mr̄ier trāſeat ſup ea ꝓuocat menſtrua mirabiliter. fiant ergo ex eis ſuppoſitoria alligata filo. ꝛ aliqñ trahiꝛ ad mr̄icē tāta mā ꝙ vir p mēſe nō pōt coire. Et ſi iſta ſuppoſitoria faciūt ardorē maximū ſicut ſepe ꝯtingit ita vt mulieres blaſphemāt medicū madefaciāt pānos lini in aq̄ ro. ꝛ albumīe oui oleo violato ro. ꝛ lacte ꝛ ſupponaꝛ. ꝛ ſi opꝰ fuerit remouebiꝛ ardor cū p̄dictis ēt cū litargirio quare ꝛc̄.

¶ Cura p̄focatōis matricis.

In cura p̄focatiōis mr̄icis prīa intētio eſt ꝯuertere vapores qui eleuanꝛ ad ſupiora

ad ptes inferiores ⁊ ꝓhibere ne alij vapores ascen/
dant.⁊ hoc pluribus modis. Prim⁹ vt dicit Rasis
fricentur extrema inferiora. Secundus est vt etiã di
cit ꝙ fiant ligature fortes ⁊ sic faciunt practici ligan/
tes crura ⁊ coxas ⁊ dimittunt ligata aliquanto tem/
pore. Tertio fit cum ventosis ponendo circa partes
inferiores scilicet partes domesticas coxaꝝ ⁊ in car/
nositate tibiarum vel supra sumen. Et si illa non suf/
ficiunt fiat flobotomia in saphena pedis quia attra/
hitur san.⁊ materie ad iferiora.laudatur etiam flobo/
tomia sub poplite idest genu.sed oportet primo cau/
sam diuertere si est ex retentione menstruorũ ⁊ non
ex spermate corrupto per retentionẽ.quia si ex sper/
mate corrupto:tunc traheremus illud sperma corru
ptum ad intra venas per talem flobotomiã quia nõ
esset fiẽda.diuertim⁹ ẽt vapores cum rebus odorife/
ris applicatis itra. Et ita Aui.laudauit galliã.s. mu
scatã in qua ingredit̃ gallia ⁊ muscus.ẽt elefanginã
qm̃ vapores ad ista cõuertunt̃.accipiat̃ etiã muscus
ambra gar.cinamomi incorporãdo cũ storace liqda ⁊
fiant pillule ad modum lupinoꝝ quaꝝ vna ponatur
supra ignem vt effumet:deinde egra ponatur ad se/
dendũ in cathedra perforata ⁊ recipiat huiusmodi
fumũ. accipiũt etiam practici de oleo de lilio hirino
laurino ⁊ de musco dissoluẽdo in eis de gallia ⁊ inu/
ciunt in matricẽ ⁊ faciunt vt obstetrix expta intingat
digitum medium in hoc liquore deinde imponat in
matricẽ ⁊ circũuoluendo ducat hincinde causando
quãdam titillationẽ:vnde matrix cõmouet̃ ad appe
titum coeũdi ⁊ percipit delectationẽ. ⁊ per hoc quã
doqꝫ politur qd̓ egreditur sperma corruptũ. Etiã
ad idem valet quoddam simplex qd̓ dicitur vulgari

sermone zibet vel zebet qd applicat eodē mō sicut su pradictū ē: de quo semel vsus sui in muliere quadaꝫ patiente pfocationē cui cāuit tm̄ appetituꝫ coeūdi q̄ quasi continue volebat marito suo copulari. deinde rogauit me sibi velle talē appetituꝫ remouere. dixi q̄ ex se remouebitur post aliquot dies. Et nota q̄ si vir qn̄ vult vti cū muliere ponat in sūmitate virge de di cto zibet ꝛ subito vtat cābit in ea maximā dlectatio/ nē. Per supius vero ꝯueniūt ea q̄ malū hn̄t odoreꝫ: qꝛ in sursuꝫ ꝯuertūtur fumi vł'mäe: iō opꝫ eos repri mere inter q̄ ē assa fetida q̄ ponat sub narib⁹ ēt casto reū ē singulare. similiter serapinū ꝛ galbanū si poná/ tur supra carbones ignitos vel ponātur ad nares. te nere ēt in ore radicē zedoarie cōfert. mulieres capiūt sotulares ꝛ ꝯburūt in igne ꝛ ponūt in oleo de semine lini ꝛ recipiūt fumū. ꝛ illud ē corꝫ ꝯbusti. fumus eim iste fugat serpētes viuos vt vidi in vno existente in hospitali Papie q habebat viperam in stomacho cui fecerūt multa remedia vt eam expellerēt. s. ponendo lac ad os ꝛ multa alia. veniebat. n. ad os ꝛ nolebat egredi tandem factis fiendis eger fuit suffumigatus ex tali fumo ꝛ statim vipera visa est egredi per anuꝫ. fumus etiam pēnaꝝ precipue pdicis ꝯbustaꝝ ꝯuenit ꝛ sic releuamus egrā a poxismo pfocatiōis. ꝛ qꝛ tunc opꝫ in abscisiōe cāe insistere euforbiū ē multū puoca/ tiuū vt supradictū ē. hoc ēt medicamē pōt exhiberi. ℞. seminis agni casti seminis dauci cinamomi croci an̄. ℈. s. fiat puluis subtilis ꝛ sumat cū aqua infrascri pta. ℞. aquaꝝ nepite artemisie ꝛ bug. an̄. ℥. j. misce. Si vero ex spermate retēto fiat ꝛ sit puella vł' nō cō sueta viro vel vidua: tūc debemus dare maritū si est possibile. Si vero nō vellet nubi vel eēt monialis ꝯo

botomemus sepe eā ⁊ faciamus eā ieiunare ⁊ forti/
ter exerceri. dimittat ēt carnes oua ⁊ vinū vtat semi
ne ⁊ folijs agni casti ruta cimio dauco. Secretū Jo.
marliani qd̄ exiccat spma. ℞. dauci. ʒ. j. dissoluat cum
aqua arthemisie ⁊ bibat. Auic. ēt laudat vinū simplex
qd̄ dr̄ alsofor. ⁊ dic̄ cuȝ sumit̄ ē sanitas ī eo quare ⁊c̄.

ℭ Cura ragadiaruȝ vulue ⁊ eius apatis.

Nota ꝙ pessariuȝ dr̄ clistere matricis: nasca
le vo dr̄ suppositoriū ei⁹. s; aliqñ ɔfundun
tur. isopi cerotū est isopus hūida ⁊ ē sordi
ties quasi sudor accepta a pellib⁹ ouiuȝ qd̄
cerotū ē sublime in mollificādo: ⁊ iō applicatū sup il/
las scissuras q̄ maximū cānt dolorē soluēdo ɔtinuū ē
singularissimū. ℭ Quātū vo ad curā apatis. istō apa
aliqñ terminat̄ p resolutionē. aliqñ cōuertit̄ ad dube
leti. i. collectionē ⁊ saniez: ēt qr multotiēs generātur
in matrice apata melācolica cācerosa: iō cōuer p̄tici
vtunt̄ vnguēto de plūbo ad extrahendū adustioneȝ.
capiunt̄ enim liquores diuersi maxime illi descripti a
Rasi in lr̄a vȝ cāfora sandali ⁊ alia frigida bñ pistētur
in mortario plūbeo cū pistello plūbeo. ⁊ istud appli/
cat̄ apati cāceroso. Emplastrum ēt de mellıloto vȝ in
oib⁹ apatib⁹ interiorib⁹: ⁊ dissoluat̄ ħ emplastrū cum
aliquo oleo vt cū oleo de semine lini sedat enim do/
lorē ⁊ mūdificat. Et no. ꝙ in cancro ɔfirmato nō opȝ
vti acutis s; blāditiuis: qr si cū acutis ꝓcederemus:
tūc mā magis adhurēt. ꝓcedēdū ē ḡ cū aqua vel suc/
co solatri ⁊ plā. oleo vio. ro. mucilagine psilij vnguē/
to ō cerusa ō plūbo. ℭ Pro cura ēt ragadiaꝝ ɔuēiūt
rose oleū camomillinū de semine lini violatuȝ ros. vt

dictū ē supra emplastrū de plūbo dissoluto cū oleo d̄ semine lini linitū vel clisterizatū vz ad oia apata interiora. vz ēt balneū anodinuz in quo sedeat. vz ēt supporatio vel suffumigatio. debēt ḡ iste ragadie primo abstergi deinde ꝯsolidari nisi sint cācerose quare ꝛc̄.

Cura mole matricis.

Cura mole matricis ē cura retentiōis menstruoꝝ ita ꝙ pcedere debemus cuz his q̄ puocāt mēstrua vt cū decoctiōe calamenti radicū pulegij corticū cassiefistu. ꝛ silibus puocātib⁹ mēstrua. Si ḡ puenerit a vētositate ꝛ ñ ab aliquo san. retēto nec carne gnāta fiat decoctio de seminib⁹ ꝛ ea q̄ diximus in. c. de colica vētosa. vz enim resoluēdo vētositatē diaciminū dianisuz diagalanga electuariū d̄ baccis lauri. fiāt ēt pesaria ex mercuriali git. vl' si fortiora volum⁹ faciem⁹ ex cardamomo oppoponaco euforbio. sz ad ista fortia deueniēdū ē i vltio alijs iā pbatis. Itē inūgēdo fundēdo balneādo cum his q̄ hñt v̄tutē resolutiuā inūgēdo vz cū oleo d̄ balsamo. Itē faciēdo ēt pessariū de ruta mētastro de qb⁹ dictū ē in. c. de retētiōe mēstruoꝝ ꝛ cū metridato mastice ꝛc̄. semp a leuiorib⁹ ichoādo. Cōfert ēt sepe mūdificare corp⁹ patiētis cū pillulis fetidis. sz qñ ista ñ psunt relinquaf nāe: quia ipa ex se resoluet supfluitates. Nota ꝙ sicut gnātur ħ mola in matrice ita ēt generanf alie res p̄ter nām vt testor me vidisse in q̄daz muliere papiēse q̄ putās eē p̄gnātē post. xij. menses emisit frustū vnuz carnis satis magnuz ꝛ multa alia pua ꝛ simul cū illis peperit animal ad siltudinē vni⁹ tēconis piscis ꝛ erat coloris viridis obscuri supra ter

gū ꝛ infra erat rubei coloris ꝛ hēbat coriū ita durū qđ vix cū gladio scindi poterat. habebat. n. motuȝ ꝛ plicabat se sicut ericius quare ꝛc̄.

¶ Cura hernie siue crepature.

Pro hac cura due sunt intētiones notāde. Pria ē reductio itestioꝝ ad situ suū. Scđa ē itestioꝝ retētio i situ suo ꝯueniēti ꝛ ꝯsoli datio rupti siue dislocati.

¶ In pria itētiōe regimē dȝ eē ꝓhibitiuū vētositatȝ ꝛ ñ gñatiuū: qꝛ si itestia dscēdūt tūc tumefiūt ꝛ ñ pñt bñ reingredi. reductio aūt itestioꝝ fit hȝ mō. iubēt. n. pctici vt resuppinet̄ infirm⁹ cū coxis sursuȝ eleuatȝ ꝛ si ex ipis ñ igredianť tūc oȝ cū leui cōpressiōe illa ad itra sip hac reducē. ꝛ si nō possumus pp vētositatē resi stētē q̄ ē i itestis ꝓhibēs eoꝝ igressuȝ resoluam⁹ illaȝ vētositatē postea itromittam⁹. resoluemus aūt cū đco ctiōe mellilott aneti semis lini fenugre. anisi cimi. se. ēt carui cū spōgia vaporādo vel cū vesicis illa deco ctōe plenis ꝛ inūgēdo cū oleo amigdalaꝝ dul. camo millino ꝛ anetio vt mollificatȝ itestinis ꝛ sip hac meli⁹ ingrediant̄ ꝛ leuiter trectādo itroducant̄. eleuam⁹ ēt coxas ifirmoꝝ ꝛ caput tenem⁹ depssuȝ sepi⁹ agitādo cū crurib⁹ eleuatis vt melius ad situȝ suuȝ reducant̄.

¶ Scđa itētio ē retētio itestioꝝ i loco suo. retinemus aūt cū ligatura đbita cū bragerijs q̄ ꝯprimēdo locuȝ ꝯprimāt ne itestia dscēdāt. aliqñ āt ad retinēdū ꝛ ꝯso lidādū sola ligatura suffic̄ maxie i ifantib⁹ q hñt vtu tē restauratiuā bonā. ꝛ i eis fit tal̄ ꝯsolidatio. aliqñ in digem⁹ medicamib⁹. ꝛ đ eis sūt q̄dā cerota vt ē cero tū Ras. i lr̄a ēt cerotū aliqđ vsuale qđ dr̄ cerotū đ pel le arietȝ. ꝛ istđ tȝ ꝯfectū arōatari⁹ đ la serenela Papie

ī q̄ igredit sang. hūan⁹ cuius descriptōez hēs a Jo. mat. gradi in quodā ꝯsilio qđ facit de ruptura siphac ⁊ ē h. ℞. picis naualis. ℥. ij. litargirij. ℥. j. cere citri ne ⁊ rubee colofonie añ. ℥. ij. aromatici oppoponaci bdelij galbani añ. ℥. j. visci quercini. ℥. iij. aloes. ℥. j. s. masticis cortieū thuris mirre terbētine nucis cu' pressi glutinis pisciuz sarcocolle añ. ℥. j. s. boli arme. gipsi añ. ℥. iij. aristolo. long. ⁊ rotun. mumie sangui. dra. añ. ℥. ij. radicuz cōsolide maioris ⁊ minoris añ. ℥. j. san. humani. lib. s. ciperi sansuci acatie gallarum añ. ℥. s. sauine capitū ḡnataꝝ añ. ℥. s. Itez. ℞. pellē arietinā vnā ⁊ dcoque diu in aqua dulci pluuiali quſ ꝗ pellis discoagulata fit tūc mollifica viscū ⁊ gūmas i dicta aq̄ pluuiali ⁊ pōe ad ignē quſqz oia bñ discoa' gulata sint deinde cola postea adde desup puluerem oium aliaꝝ reruz ⁊ iterū reduc ad ignez ⁊ coq̄ quſqz fit ad modū empl'i postea ipso vtere. ¶ Nota tñ pro regula ꝙ ipso apposito ñ remoueat circa. ix. dies pa tiente semp quātū possibile est qeto manēte. nā vt re fert Auēzoar lib. xxiiij. thesir. quidā iuuenis qui hoc morbo laborabat i stetit duob⁹ mēsib⁹ sup dorso suo ⁊ cū bono regimine sine medicinaꝝ applicatione libe' ratus est. vide predictū ꝯsiliū q2 ibi ponit multa alia ⁊ singularissima. Alia sunt ingenia retinēdi intestina ne descendant. Quidaz eniz cauterizāt locum p quē descendūt intestina vt in inguine dextro si per locuz illuz descēdunt q2 per hoc generatur caro callosa ꝓ' hibēs descēsuz. Alij faciūt foramē in loco dicto ⁊ im' ponūt filum aureū ⁊ ita cōtinue procedūt ꝯstringē' do ⁊ faciūt istud foramē per cōstrictōem ita strictū ꝙ intestina nō possunt descēdere. Alij vero faciunt per castraturā ita ꝙ scindūt illum testiculū ⁊ vasa sperma

tica ⁊ ita vidimū postea cauterizāt ⁊ generatur esca ra. in pinguibus in musculis faciunt fasciam ab ipsis incipiētem ⁊ descendentem vsq; ad inguina ⁊ ita ad alium musculū ⁊ est optima ligatura quā ego fieri fe ci pluribus Papie. est vnus ferrarius in sancto Joā ne in burgo q facit bragerios ferreos ⁊ sunt optimi ⁊ multū iuuātes. Si vero pueniat a vētositate cogno scimus q2 ibi nō est grauitas ⁊ ē magna trāslucētia. cognoscimus ēt ex tactu burse testiculo℞ q; fit vento sitas ⁊ ista maxime a3 in hidropisi asclite ⁊ maxime in timpanite ⁊ tunc in cura est pcedēdu3 cum resoluē tibus vt cū oleo de cherua cū oleo sambacino qd fit ex folijs sambacis de lilio camōillino de ruta de ane to. Remediū singulare qd laudat Aui. est empl'm fa ctum ex fabis deco. eo mō ac si vellem⁹ eas comede re. sūt. n. calefactiue ⁊ exiccatiue id valēt empl'ate cū oleo camomillino rutaceo de lilio s̄m q; volum⁹ ma gis vel minus calefacere. possumus ēt ponē de alijs seminibus vt anisi aneti carui cimini. Si v̄o pueniat ab aqsitate pcedam⁹ cū calefactiuis ⁊ exiccatiuis vt cū empl'o de stercore vaccino ⁊ caprino. Sed si ista ⁊ alia calefaciētia nō valeāt fiat foramē in bursa testicu lo℞ vt aq̄ egrediat postea psolidet. Et aduertam⁹ sp ⁊ attēdam⁹ cāe seu radici q̄ gnāuit aquositatē vtputa epati si fit cā. Si vero sit cācerosa ⁊ pueniat pp san. abundātiam fiat prio flobotomia postea humectam⁹ deinde resoluimus. Si vero sit varicosa ⁊ pueniat a sangui. varicoso prio fiat flobotomia d̄inde digerat humor melicus postea euacuet d̄inde humectent ve ruce deinde resoluant. S3 si ista parū faciūt scindant leuiter cū cauterio cū igne vsq; ad didimu3 inciden do postea venas cōprimēdo que sunt circa testiculū

redibit ad pristinũ statũ. ¶ No. de mulieꝛ quadã quã vidi que cũ in ptu laboraret fuit crepta ⁊ egressa fuerunt intestina ⁊ fecerũt magnũ tumoꝛez in vmblico. ¶ No. ẽt ꝙ multotiẽs qñ intestinũ ingredit burfam testiculoꝝ intestinũ voluit ⁊ toꝛqtur ⁊ causat magnũ doloꝛez. replet ẽt qñqꝫ fecib⁹ ⁊ ventositate ⁊ nõ põt redire ad locũ suũ. ẽt rõne inuolutõis alie feces non pñt descẽdere ad ptes inferioꝛes quare regurgitant ad partes superioꝛes quare ⁊c̃.

¶ Cura doloꝛis iuncturaꝝ a cã calida.

PRo cura doloꝛis iũcturaꝝ qnqꝫ intẽtiões sunt obseruãde. pꝛia est diuersio vel minoratio mãe. fcõa digestio. tertia eũo. quarta mitigatio doloꝛis ⁊ repcussio. qnta ⁊ vltia remanentis resolutio.

¶ Pꝛo pꝛia intentõe facim⁹ flo. laudataꝫ a Rasi. ⁊ lꝫ qñ talis doloꝛ pueniit a san. vel a mã san. mixta: in diuersis tñ venis hãc facimus. Si. n. ẽ in manu dextra fiat flobotomia in pede dextro tm̃ p vnã diametrũ ⁊ eꝫ. Si tamen pedes sint debiles a nã non debem⁹ hanc facere ne mãe attrahãtur ad pedes sed tũc fiat a basilica. Si aũt fiat ab alia mã a sangui. fiat digestio dinde eũo. De flobotomia vr̃ ꝯtrouersia. nã Serapio nõ cõcedit flobotomiã esse fiendam mã non digesta. Auicẽ. vo vult ꝙ fiat in pꝛin. Rñdet ꝙ Aui. hũit intentões ad doloꝛẽ q est foꝛtis ⁊ multũ attrahit idõ ad diuertẽdũ ꝯcedit flobotomiã in pnci. postea dicit incipe a re foꝛti ꝗꝫuis debilioꝛ fit incolumioꝛ. Iste aũt sermo vr̃ ꝯdictoꝛi⁹. ſꝫ dicat ꝙ nulla est ꝯdictio qꝛ qñ dic̃ incipe a re foꝛti intelligit. i. incipe ab eũatiuo ele

ctiue eūante qꝛ mā est in locis longiqs ideo indiget eūatiuo electiue eūan te q̄uis inter electiue eūantia debilioꝛ sit incolumioꝛ qꝛ foꝛtia eūatiua eūant subti/le relinquēdo grossuꝫ. ēt faciūt maximā agitationeꝫ in coꝛpe iō gradatiꝫ in hmōi eūonibus ꝓcedēdū est. diuertim⁹ ergo cū solutiuo electiue eūante in mā cali da ꝛ vsuales sunt pillule de hermodactilis minoꝛes ꝛ tenent cōfecte. pillule aūt de hermodactilis maio/res valent in cā frigida ꝛ describit eas Mes. vbi dicit pillule de hermodactilis ex inuētōe nostra ꝛ damus ʒ.j. pillulaꝝ de hermodactilis minoꝛum vel. ℈.ij. in cā calida ponēdo aliquātulū de reubarbaro.

¶ Scḋa intētio ē digestio humoꝝ ꝛ lꝫ multa habea mus in ꝓposito tñ siru. ḋ endiuia ꝛ siru. acetosus nō sunt boni: oꝫ ergo vt siru. i ꝓposito sint frigidi ꝛ stip. vt v̄bigrā. ℞. siru. ros. ℥. j. sirupi de grana. ℥. ß. aq̄rū plan. ꝛ ros. añ. ℥. ß. solatri acetose añ. ℥. j. misce: cōti nua p quattuoꝛ vel qnqꝫ dies.

¶ Tertia ītētio ē eradicatiua eūo in q̄ laudant pill'e dicte sup̄ vꝫ dādo. ʒ. j. pill'aꝝ ḋ hermodactilis mino. vel. ℈. iiij. ꝛ sic ꝓcedēdo vsqueq̄ tota mā eūet ꝛ ad repcussionē māeꝝ ad locū oꝫ attendē ꝯtinue ꝛ inūgē cū oľo ro. practici. n. incipiūt epithimare ꝛ ita ponūt statiꝫ a prin. in ope intentōeꝫ repcussionis.

¶ Quarta intētio est ꝓhibitio doloris q̄ statī est po nēda in op⁹ p̄cticū a prī. ꝛ iō Ras laudauit multa sin gularia remedia doloꝛē mitigātia sic ꝛ repcutiētia vt caf. sistu. dissoluta cū oľo ro. vel aq̄ ro. vľ solatri lini/ta sup̄ locū. Etiā vt ponit Aui. scḋo cañ. capľo ḋ caf. sistu. Itē farina oꝛ. incoꝛpata cū oľo ro. vľ aq̄ ro. lini/ta mitigat ꝛ resoluit. Medulla ēt panis infusa i lacte ꝛ panis siligineus. i. de sigala est melioꝛ quia est frigi

dioris ꝯplexiōis addēdo vitellū vnū oui ⁊ icorporā do cū medulla panis ⁊ lacte ac ī forma emplī appli care. Si vo dolor sit intensus addatur.ʒ.j.opij incor porādo cū modico croci vt det penetratōēʒ. Si autē percipiat vehemēs dolor ⁊ īflāmatio singulare est facere mucilaginē de psilio in aqua ro. vel aqua sola tri ponēdo ēt aliquid de aceto q: dat penetrationem extēdendo illā mucilaginē supra pānuʒ postea ponē supra locū dolētē renouādo sepe cū incipit calefieri: ⁊ hoc expertus sum. ⁊ dʒ eē psiliū ex quo fit mucilago ītegrū q: ptes ei⁹ exteriores sunt fride īteriores vo calide. si ēt accipiat oleū ro. in quo bullierit vermes terrestes ⁊ sit īfrigidatū actualr̄ ⁊ ponat supra locuʒ dolentē mirabilr̄ opatur ad eādē intētōēʒ. Qn̄ mate ria totalr̄ fluxerit vʒ applicatio rerū anodinaꝝ vt ca momilla mellilotū fenugrecuʒ bulliāt hec oīa cū vi no ru. stip. ponēdo ēt de iua que est singularissima in cōfortatiōe neruoꝝ ⁊ eis facere balneū. valet ēt em plastrū ex reb⁹ anodis miscēdo aliqd ex frigidis vel oleo ro. ⁊c̄.

¶ Quinta intentio est resolutio illi⁹ qd̄ fluxū est q̄ cō plet cū approximatiōe resoluētiū ⁊ mollificantiū vʒ cū oleo ro. ⁊ camomille ⁊ in ꝓcessu cuʒ camomillino solo. valet ēt sterc⁹ vaccinū cū sua actuali caliditate ad hāc eādē ītētionē. Pro ꝑseruatōe vero valet balneū ex vino nigro in quo bullierint aliqua stip. vel galle balaustie ⁊c̄. miscēdo aliqd de vino. cōueniūt ēt oēs auctores ꝙ patiētes hanc egritudinē hn̄t se abstinē a vino vt dicit Raſ ī lr̄a. dic̄ ēt ī alio loco dimittāt vi nū toto tpe vite sue ⁊ curabunt. ⁊ Aui. xxij. tertij phi bet exhibitōēʒ vini. idē asserit Corneli⁹ celsus ⁊ ita h̄ i memet feci cū incepissēʒ pati podagraʒ vsus. n. fui

tali

tali regimie.f.dimisi vinū per duos ānos ita ꝙ paꝝ vel nihil bibebam.faciebamqꝫ singulis mensibꝰ euacuationes ⁊ accipiebam aliquā pillulam diuersiuā ⁊ minoratiuā bis in hebdomada vt natura diuerteret in transmittendo materias ad iūcturas ⁊ potius trāsmitteret per viā secessus qꝛ in principio facile est materiam diuertere:sed qñ est cōsueta nullo modo vel cum magna difficultate possumus illā cōsuetudineꝫ remouē.Silr quādo facta ē nodosa vt Ouidiꝰ Tollere nodosam nescit medicina podagrā.⁊ cum tali regimine curatꝰ fui:⁊ ꝑ certo nūquam passus sum tales dolores.non etiam huiusmodi patieutes laborent in coitu quare ⁊c̄.

¶ Cura doloris iuncturarū a cā frigida.

PRimo in cura huius egritudinis sunt obseruandi hi cañ.Aui.Primus ꝙ nō absoluamus ab euacuatiuis materie flegmatice qñ cum eis sint permixta eūatiua colere qꝛ flegma ex se non flueret nisi secū eēt mixta colera. Secundus cañ.est ꝙ cum euacuatiuis simul permisceamus stiptica qꝛ cōstringēdo vias faciūt ne materia ad locū fluat.ideo ad hanc intētionē valēt pillule de hermodactilis ⁊ valēt tam in causa frig.ꝙꝫ cali. tamen quādo volumus euacuare materiā calidā admiscemus aliqua respicientia a proprietate illam. si vero frigidā admiscemus eam que frigida euacuāt. Tertius cañ.est ꝙ a principio non est eūandum cuꝫ fortibus eūatiuis qꝛ eūarēt subtile relinquendo grossum.⁊ ideo dicit Aui.Opꝫ vt blāde tractet. inuit.n. ꝙ si a principio aliqua cōueniunt non tamen sint for.

tia sed debilia vt aliqualr minoretur materia. pillule descripte a Rasi in littera nō sunt in vsu sed. d. Mesue quas describit in antidotario et sunt dande vsq ad. ℥. j. in prin. p minoratione. Nota etiam q nō debemus euāre cū fortibus nisi premissa digestione q non dʒ fieri cū valde aperitiuis ne mãe fluant ad iuncturas. id pro digōne cōuenit mel ro. vt sic dicendo ℞. mellis ro. ℥. j. ß. aquarū betonice et absinthij añ. ℥. j. misce p sirupo. facta ergo vna vel pluribus euacuationibus trāsimus ad fortiora vʒ addendo in processu sirupi de sticbados. ℥. ß. cū. ℥. j. mellis ro. colati cū aquis dictis. facta autē euātione attēdimus ad mām fluxam epithimādo cū epithimate Rasis. Item cum aqua decoctiōis camomille fenugreci maluarū altee. semp etiā in emplis opʒ exhibere aliqd qd humectet ne induret materia et lapidet seu gipset. diuretica etiā nō debēt dari nisi corpe debite mundificato. vinū quātū pōt dʒ vitari lʒ hic Rasis ponat potius cā resolutiōis ab extra. dixit. n. ego plures vidi q reliquerūt vinū et oio curati sunt. In hac ergo cura ex dictis Rasis et Aui. quinq intētōes sunt attēdende. pria est diuersio et minoratio. scda digō. tertia eradicatiua euātio. quarta mitigatio doloris. quinta resolutio remanentis.

¶ In prima ergo intētione notādus est cañ. supradictus. s. q nō debemus a pricipio pcedē cū fortibus euātiuis sʒ cū debilibus. cōueniūt ergo pillē de hermodactilis minores. d. Mes. cū aliquātulo reubarbari vt ẽbigr. sic dicēdo. ℞. pillaꝝ de hermodactilis miorū ℈. ij. reubar. electi. ℈. j. misce. Si aūt talis mā fuerit sang. mirta debemus diuertē cū flo. vomitus etiaʒ multū valet vt dicit Aui. ad diuertēduʒ ex eo q per

vomitū fit vomitꝰ ꝯtrariꝰ dūmodo corpus sit bene di spositum ad ipsum.

¶Scđa itētio est digō. de hac dictū ē ꝙ digestiua nō debēt eē apitiua nec que noceāt neruis ⁊ iūcturis vt sunt siru. de radi. oximel sim. ⁊ cōpositū. nocent enim neruis. standū ē ergo in melle ro. ꝑ aliquos dies po stea veniendū est ad siru. de stichados.

¶Tertia intentio est eūatio que fit cū fortibꝰ eūati uis vt cū pillulis de hermodactilis maioribꝰ ⁊ ꝑ era dicando damus. ℈. iiij. sine reubarbaro.

